This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

STERMANN & CO
EW YORK
Broadway

3234.15

Harvard College Library


FROM

Charles H. Grandgent,
of Cambridge

21 June, 1893.

.6

WESTERMAN





D. Ioan. Frid. Hirt.

Nat. d. 14 Aug. 1719

G. C. Schmidt del. et sc. Jenæ 17

IOAN. FRIDER. HIRTII

S. S. TH. D. ET P. P. O.

SENATVS ECCLES. CONSILIAR. ET SACRORVM IN VRBE ET DVCATV IENENSI ANTISTITIS

# INSTITVTIONES ARABICAE LINGVAE.

ADIECTA EST

## CHRESTOMATHIA ARABICA.




IENAE

APVD VIDVAM CROECKERIANAM.

MDCCLXX.

THOM. ERPENIVS
ORAT. II. DE LINGVA ARAB.

*Conſiderate, qui S. Theologiae candidati eſtis, quid ſit eam didiciſſe linguam, ſine cuius auxilio nec ſancta lingua veſtra (nam veſtro vos nomine indignos iudico, niſi eam vobis vindicetis et adquiratis) plene et perfecte intelligi poteſt.*

ERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

D O M I N O
RANCISCO FRIDERICO
ANTONIO
DVCI SAXONIAE

ILIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGA-
IAE ATQVE GVESTPHALIAE, LAND-
RAVIO THVRINGIAE, MARCHIONI
ISNIAE, PRINCIPALIS DIGNITATIS
OMITI HENNEBERGIAE, COMITI MAR-
CAE ET RAVENSBERGAE DYNASTAE
RAVENSTEINII

OVINCIARVM COBVRGENSIS
ET SAALFELDENSIS
HEREDI.

3294.15

Prof. Charles H. Grandgent

ERENISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

D O M I N O

# CAROLO

# AVGVSTO

DVCI SAXONIAE

VLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, AN-
GARIAE ATQVE GVESTPHALIAE,
LANDGRAVIO THVRINGIAE, MAR-
CHIONI MISNIAE, PRINCIPALIS DI-
GNITATIS COMITI HENNEBERGIAE,
COMITI MARCAE ET RAVENSBERGAE
DYNASTAE RAVENSTEINII

ROVINCIARVM VINARIENSIS
ET ISENACENSIS
HEREDI.

# SERENISSIMI PRINCIPES,
## DOMINI
## CLEMENTISSIMI!

Tota academia noſtra laetatur adhuc, et gloriatur, de felicitate qua nos, PRINCIPES LONGE CLEMENTISSIMI, aeſtate praeterita per praeſentiam VESTRAM beaſtis. Et ſi quis vnquam, ego certe e muſeo meo atque profeucha omnia felicitatis genera, faſtigio VESTRO et eximiis virtutibus VESTRIS digna, a ſupremo omnium rerum arbitro precatus ſum, et ſemper precabor. Inſignis VESTER erga litteras amor, et clementia VESTRA ſingularis, qua viros doctos, qui in excolendis vtiliorum doctrinarum partibus laborant, complectimini, omnes propius VOS intuentes in admirationem VESTRVM rapuerunt. Nolite ergo mirari, PRINCIPES SERENISSIMI, quod meae etiam venera-

tionis submissimae et pietatis, qua VOS co
lo, praesens statuere monumentum, et hunc
librum VOBIS submississime dicare atque dedi
care audeam. Conseruet deus T. O. M
VOS, bonarum litterarum statores et pro
tectores munificentissimos, per multa anno
rum interualla saluos atque incolumes, et in
cremento annorum vestrorum incrementa
felicitatis adiungat continua. Auertat nu-
men supremum a VOBIS pariter ac tota
NOSTRA DOMO SAXONICA SERE-
NISSIMA iniucunda quaeuis et aduersa,
VOSque e contrario omnibus benedictio-
num et prosperitatum generibus cumulet.
Id quod ardentissimis precibus pioque pecto-
re optat, atque se et labores suos ea, qua
par est, animi submissione commendat

SERENISSIMORVM PRINCIPVM
ET
DOMINORVM SVORVM
CLEMENTISSIMORVM

SERVVS SVBIECTISSIMVS
IOAN. FRID. HIRT

# LECTORI BENEVOLO ET CANDIDO

S. P. D.

AVCTOR.

Ex quo tempore b. FRISCHMVTH noster in peculiari programmate vsum linguae Arabicae amplissimum commendauit, et studiosos in academia Ienensi ad eius studium inuitauit, non solum successor eius dignissimus b. DANZIVS noster, sed post hunc quoque b. RVSIVS, et huic succedens b. TYMPIVS linguae huius notitiam qualemcunque in academia nostra semper conseruarunt; eandemque porro mecum nunc conseruabit doctissimus BOHNIVS LL. Orient. P. P. O. collega et amicus noster honoratissimus. DANZIVS in tradendis linguae Arabicae praeceptis olim secutus erat CHRISTOPHOR. CELLARIVM in *Isagoge in lingu. Arab.* sed ipse deinceps aeque ac RVSIVS lectiones suas instituit ad compendium b. REIMII, cuius libelli delineationem cum commendatione insertam inuenimus in *des Büchersaals 56ten Oeffnung* n. 5. p. 597. sqq. Tria vero inprimis, vt dicam quod res est, recte in hoc compendio taxari possunt. Non solum enim ordinem coniugationum Arabicarum vsu receptum sine necessitate deseruit REIMIVS, et per nouum ordinem confusionem et maiorem difficultatem creauit; sed etiam me-

 tho-

thodum Danzianam obseruaturus praestan non praestitit, et ab ordine rerum atque pa graphorum Grammaticae Danzianae nimiu recedens memoriae molestiam adduxit. Sy taxin quoque admodum necessariam pla omisit, et insufficientia partimque mendo verborum paradigmata adiunxit. His erg incommodis et mendis per nostram gramma cam mederi, eamque ita amplificare et pra cepta ipsa exemplis commodis illustrare voluimus, vt principiis Danzianis in Ebraismo et Syriasmo satis instructus in defectu doctrinae oralis vel proprio marte Arabismum adire queat. Aliorum Grammaticorum, inter quos facile eminent ERPENIVS, Fr. HYACINTHVS DE S. FLAMMA*), et EM. LVCIVS VRIEMOET**), notitiam suppeditabit BOHNIVS noster in historia litteraria Arabismi, in qua elaboranda iam occupatus est. Mihi vero sufficiat interim istarum grammaticarum pleniorem titulum adducere, ex quibus in Grammatica

*) cuius *Flores grammaticales Arabum*, quos auctor in 3. libros distribuit, et tractationem de arte metrica Arabum, rudimenta linguae arab. iuxta vernaculi idiomatis vsum, et exercitat. grammaticalem in Caput VII Exodi adiecit, *Patauii* 1687. 2 Alph. 1. plag. in 4. maj. prodierunt.

**) cuius *Arabismus, exhibens Grammaticam nouam, et monumenta quaedam arabica, cum notis miscellaneis, et Glossario arabico-latino in vsum studiosae iuuentutis, omniumque qui vel proprio Marte in hisce studiis se exercere cupiunt*, Franequerae 1733. in 8. prodiit.

tica mea paſſim paginas cum nomine auctoris tantum compendii cauſa allegaui. THOM. ERPENII *Grammaticae Arabicae*, quae Leidae in officina Raphelengiana 1613. in 4. maj. ſine vllo ſpecimine ad praxin prodiit, nouam et pleniorem editionem, fabulis *Lokmanni* et Arabum ſententiis ab eodem *Erpenio* latine redditis et notis illuſtratis, itemque nouem aliis ſpeciminibus arabicis auctam, debemus IAC. GOLIO 1656. in 4. ſub tit. *Arabicae linguae tyrocinium, id eſt Thomae Erpenii Grammatica Arabica, cum varia praxios materia, cuius elenchum verſa dabit pagella. Lugd. Batau. typis et impenſis Ioan. Maire.* Eandem Grammaticam cum aliis ſpeciminibus arabicis edidit ALBERT. SCHVLTENS ſub tit. *Thomae Erpenii Grammatica Arabica cum fabulis Locmanni, etct. accedunt excerpta anthologiae veterum arabiae poetarum quae inſcribitur Hamaſa abi Temmam ex MSS. biblioth. academ. Batauae edita, conuerſa, et notis illuſtrata ab Alb. Schultens.* Lugd. Batau. 1748. in 4. et haec eſt editio, ex qua paginarum allegatio in noſtra Grammat. inſtituta eſt. Anonymi Grammatica Arabica arabice ſcripta *Gjarumia* prodiit 1617. in 4. ſub tit. كتاب الجرومية وصاية العامل *Grammatica Arabica dicta* Gjarumia, *et libellus centum regentium, cum verſione latina et commentariis Thomae Erpenii*, Leidae ex typographia Erpeniana linguarum orientalium. PHIL. GVADAGNOLVS e religione Clericor. Minor.

Minor. Linguarum Arabic. et Chald. Lector Romae in Collegio Sapientiae, *Institutiones* suas *linguae arabicae* edidit Romae 1642. THEODORICI HACKSPANII Grammat. Arabica continetur in libro hunc gerente titulum: مصحل *Fides et leges Mohammaedis exhibitae ex Alkorani manuscripto duplici praemissis institutionibus arabicis, auctore Theod. Hackspan Ling. sanct. Professore, AltdorfI sumtibus viduae Scherffianae.* anno Christi MDCXLVI. 14. plag. in 4. ANDR. SENNERTI Grammatica Arabica inscribitur: *Arabismus* h. e. *praecepta arabicae linguae, in harmonia ad Ebraea, eademque uniuersalia, nec non Chaldaeo-Syra, (seorsum ante hac edita illa ab autore) conscripta, exemplis sufficientibusque confirmata illustrataque. Accessit in fine compendium lexici arabici, radicum, et vocum notabiliorum prae caeterisque maxime vsitatarum, in gratiam tyronum, auctore Andr. Sennerto P. P. in acad. Witteb.* 1658. in 4. 22. plagul. CHRISTOPH. CELLARII *Isagoge in linguam arabicam ad ductum Thomae Erpenii et Maronitarum e monte Libano, Gabrielis Sionitae et Ioannis Hesronitae, etct. facta* MDCLXXVIII. sine nomine auctoris et loci impressionis, deinceps vero cum illo multo auctior 1686. Cizae in 4. prodiit. LAKEMACHERI Grammat. arab. inscribitur: *Elementa linguae arabicae, in quibus omnia ad solidam huius linguae cognitionem necessaria paradigmata exhibentur etct. cum praefat. Herm.* von der Hardt *auctore Ioh. Godofr. Lakemachero* Helmstadii 1718. 12. plagul. in 4. Quibus

bus accedunt M. HENRICI GOTTLIEB REIME Facult. phil. Ienens. adiuncti مفتتح العروبة hoc est *Clauis linguae arabicae; institutionum eius methodo maximam partem Danziana ita in compendio tradens, vt cuncta innotescere possint scientifica, anomaliis analogiae restitutis, exemplis probata* etct. Ienae 1718. 10. plag. in 8. *Theoria et praxis linguae arabicae* h. e. *Grammatica arabica, continens* etct. *opera et studio* IOH. CHRIST. CLODII P. P. lingu. arab. in acad. Lips. 1729. 1 Alph. 1. plag. in 4. et GEORGII OTHONIS Graecae et Orientai. Lingg. nec non Poës. in acad. Marburg. Profess. Ord. *Synopsis institutionum arabicarum*, quae continetur in eiusdem *Synopsi institutionum samaritanarum, rabbinicarum, arabicarum, aethiopicarum et persicarum, ex optimis quibusque auctoribus excerpta* etct. editio tertia. Francof. ad Moen. 1735. in 8. 20. plag. De vtilitate huius linguae Arabicae omnium vberrimae plures egerunt viri docti, quos nominat IOH. ABRAH. KROMAYERVS in Tract. de vsu linguae Arab. in addisc. lingu. Ebr. et explic. S. S. Francof. et Lips. 1707. in 4. edito, p. 5-10. Quam vtilitatem, quin et necessitatem, quum nouiter post magnum SCHVLTENSIVM ostenderit celeb. I. D. MICHAELIS; adnotasse sufficiet, eandem tam in theologia exegetica quam in polemica, et in historia ecclesiastica atque geographia, sese inprimis exserere. Ne autem alii de hac vtilitate conuicti, et huius rei studiosi, in regionibus nostris amplius de sumtibus nimiis et raritate librorum arabicorum, ex quibus

TERMANN & CO.
NEW YORK
Broadway

3234.15

Harvard College Library

FROM

Charles H. Grandgent,
of Cambridge.

21 June, 1893.

STERMANN & CO.
EW YORK
0 Broadway


3234.15

Harvard College Library

FROM

Charles H. Grandgent,
of Cambridge

21 June, 1893.



Arabes christiani et Iudaei adhuc odio Muhamedanorum pleraque sua quae ad religionem spectant scripta Arabica alio charactere consignare: illi quidem christiano, id est Syriaco; hi vero iudaico, id est Ebraeo. Atque tunc figuris Ebraicis quibusdam vel punctum vel raphe superscribunt, prouti ex alphabeto sequenti adparet:

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ا | ب | ت | ث | ج | ح | خ | د | ذ | ر | ز | س | ش | ص |
| א | ב | ת | ת | ג | ח | כ | ד | ד | ר | ז | ס | ש | צ |
| ض | ط | ظ | ع | غ | ف | ق | ك | ل | م | ن | ه | | |
| צ | ט | ט | ע | ג | פ | ק | כ | ל | מ | נ | ה | | |
| و | ي | * | | | | | | | | | | | |
| ו | י | | | | | | | | | | | | |

§. 2.

Litterae ratione *organi* in pronunciatione prae reliquis affecti

I) dispescuntur in *Gutturales* أحخعغه, *Palatinas* جيقك, *Linguales* تدطلنثذظ, *Dentales* زسشصض i) et *Labiales* بومف. Ex quibus

II)

---

i) Litteram ر cum *Erpenio*, *Sennerto*, *Othone*, aliisque ad litteras dentales retuli, licet negare

II) Litterae linguales et dentales vocantur *Solares*, reliquae autem dicuntur *Lunares.*

Obſ. 1. Litterae vnius organi, *k*) nec non ض et ظ *l*) facile inter ſe alternant: et

2) dum Ebraeorum voces Arabes faciunt ſuas, vt Chaldaei ac Syri praeter alternationem litterarum vel eiusdem organi *m*) vel



---

gare nolim, quod eadem tam apud Ebraeos quam in reliquis orientalibus linguis ex rationibus haud contemnendis ad litteras linguales referri potius poſſit ac debeat.

*k*) v. g. دي *di* et تي *ti* haec, ذَكَرَ *dachara* et ذَكَرَ recordatus eſt. قَضَي *kaza* et قَضَي finiuit.

*l*) v. g. عَظْمٌ *atſmon* et عَضْمٌ *azmon* os caudae camelinae, Ebr. עֶצֶם os.

*m*) v. g. بَشَرَ *baſchara* ex Ebr. בִּשֵּׂר annunciauit. مَغَالَةٌ *maghalaton* fraus, perfidia, ex Ebr. מָעַל praeuaricatus eſt. شَبُّورٌ *ſchaburon* ex Ebr. שׁוֹפָר buccina.

quiescentium, *n*) nec non transpositionem, *o*) ablationem *p*) et adiectionem *q*) commutant simul quandoque v. g. istorum litteram ז in ن vel ذ, ש in ت vel ث, ס in ص, aliasque in pronunciatione quadantenus conuenientes. *r*) De quibus mutationibus IOH. ABRAH. KROMAYERVS in Tractatu de Vsu linguae Arab. p. 19. seqq. qui omisso titulo IOH. CHRIST. CLODII Theoriae et praxi lingu. Arab. adiectus est totus, conferri potest.

§. 3.

---

*n*) v. g. سَارَ *sara* ab Ebr. סור recedere, incedere. وَسِنَ *wasena* ab Ebr. יָשֵׁן dormiuit.

*o*) v. g. مَعَ *maa* et مَعْ *ma* Ebr. עִם cum, مُسْتَارٌ *mestaron* Ebr. תִּירוֹשׁ mustum.

*p*) v. g. زُوفَا *Jufa* Ebr. אֵזוֹב Hysopus, آفٌ *afon* et آفَةٌ *afaton* Ebr. אֲבַדּוֹן pernicies.

*q*) v. g. إِسْمٌ *Esmon* Ebr. שֵׁם nomen, كُرْسِيٌّ *corsejon* Ebr. כִּסֵּא thronus.

*r*) v. g. كَذَبَ *cadsaba* Ebr. כָּזַב mentitus est. أَخَذَ *achadsa* Ebr. אָחַז apprehendit. ثَقَلَ *tsakala* Ebr. שָׁקַל appendit, pondus explo-

## §. 3.

Litterae debiles ſiue *quieſcibiles* Arabes, ſicut Syri, habent tantum tres أوي, reliquae omnes ſunt robuſtae ac *mobiles* ſiue ſemper motae. Quieſcit nimirum

1) ا poſt ـَ *Fatha*, 2) ي poſt ـِ *Keſre*, et 3) و poſt ـُ *Damma*.

*Obſ.* 1. Omnis littera *α*) mouenda non vocalizata cum *Gjeſma* (§. 9.) notetur, quod in fine aeque ac in medio exprimitur.

*β*) Quieſcibiles autem Gjeſma poſt vocalem cognatam haud raro abiiciunt in eadem quieſcentes. *s*)

*Obſ.* 2.) Litterae أوي, vt apud Ebraeos, facile inter ſe alternant, interdum adduntur, et nonnun-

---

plorauit. ثَلْجٌ *tſalgſon* Ebr. שֶׁלֶג nix. إِنْ *en* Ebr. אִם ſi. غَرَا *ghara* Ebr. גָּרָה irritauit, excitauit. غُفَارٌ *ghofaron* condonator, et مَغْفِرَةٌ *maghferaton* condonatio, a radice غَفَرَ Ebr. כָּפַר texit, obtexit. etcr.

*s*) Exempla vide §. 46. I, 1. et II, 1.

nunquam eliduntur penitus. *t*) Quae autem vlterius de tribus litteris apud Arabes notanda ſunt, vide infra §. 17--21.

*Obſ.* 3. و et ي poſt ـَ vocali et Gjeſma deſtitutae ſunt vicariae τ8 ا, atque ſic etiam و et ي hoc in caſu poſt ـَ quieſcunt. *v*).

*Obſ.* 4. Vocales iſtae, poſt quas litterae أوي quieſcunt, adeoque ſonum cum illis eundem habent, dicuntur *homogeneae* ſiue cognatae; cum e contrario iſtae vocales, poſt quas litterae illae ſonum adhuc diuerſum edunt, *heterogeneae* cognominari ſolent.

§. 4.

Porro litterarum aliae ſunt variabiles, aliae invariabiles: Et quidem tam ratione figurae quam ſoni.

I) Ratione figurae variant

1) *Finales*, quae in fine vocis liberiori ductu protrahuntur, cuiusmodi praeter litteras a ſiniſtra

---

*t*) v. g. ثِيَابٌ *thſejabon* pro ثِوَابٌ veſtes. نَصَرُوا *nazaru* pro نَصَرُو iuuerunt. نَصَرَنِي *nazarani* pro نَصَرَنِي iuuit me.

*v*) v. g. صَلَوةٌ *zalaton* preces. رَمَاهُ *ramaho* iecit eum.

ſtra parte inconnexiles (§. 1. obſ. 1), itemque ط et ظ, ſunt omnes *w*).

*Obſ.* 1. Speciatim inter litteras haſce finales notandae ſunt ه ك ه, quae in fine alia forma quam ab initio et medio ſcribuntur, et ي quod in fine etiam non ſolum litterae praecedenti ſubiicitur *x*), ſed in rectam quoque lineam reflectitur *y*).

*Obſ.* 2. Litterae ſeparatim exprimendae figura finali a parte dextra non-connexa pinguntur; ſicut §. 1. obſ. 3. et 4. illud a nobis factum eſt.

2) *Dilatabiles*, quarum ductus transuerſim magis protrahuntur, quales in primis ſunt ي ش ص.

*Obſ.* Non hae autem figurae tantum, ſed aliarum etiam litterarum vincula *z*) dilatantur,

*w*) Figurae ab iis, quas in tabula ad §. 1. exhibuimus, paullulum interdum recedentes diligenti conſideratione et cum noſtris collatione facile agnoſci et obſeruari poterunt.

*x*) v. g. في *fi* pro في. هي *hi* pro هي. الي *ala* pro الي.

*y*) v. g. فيـ *fi* pro في. عليـ *ala* pro علي.

*z*) v. g. بسم الله in nomine dei. امين vel امـيـن amen.

tur, tum ornatus gratia, tum ad explendum lineae ſpatium, quando vox quaedam in fine lineae ſcribenda non ſatis loci in illa amplius inuenit. Attamen rarius quoque omiſſa dilatatione ob ſpatium explendum ſuſcipienda vox illa poſt litteram inconnexam admittit ſectionem, partemque ſuam poſteriorem ſuperne imponit priori, aut in margine locat, vel initio ſequentis lineae ponit eandem *a*).

3) *Flexiles*, quae in alterius litterae gratiam varie flectuntur, ſunt potiſſimum ſequentes

*a*) ا litterae ل ſubiungendum peculiare quid habet, dum vel eidem ſeparatim apponitur et cadens includitur h. m. لا, vel rarius ſi connexilis

nexilis

---

*a*) Quatuor itaque modis Arabes, quando in voce quadam plures adſunt ſyllabae, quam vt linea eadem omnes combinari poſſint, vtuntur in ſcribendo, 1) dilatationem litterarum in vocibus ita inſtituunt, vt voces iſtae accurate lineam expleant, et noua vox integra ab initio lineae nouae ſcribatur; 2) ſectionem in medio vocis cuiusdam poſt litteram ſeparabilem faciunt, et poſteriorem vocis partem, quam ſpatium non capit, priori vocis parti imponunt; vel 3) facta iſta ſectione reſiduas vocis diuiſae litteras ad marginem reiiciunt, paruo inter vtramque vocis partem ſpatio relicto; vel denique 4) facta ſectione commemorata reſiduam vocis diuiſae partem more noſtro ab initio lineae ſequentis collocant.

nexilis praecedat hoc modo pingitur ﻼ; aut cum *Lam* coalescit h. m. ﻻ.

*Obs.* Litterae hae duae sic coniunctae, nomine composito *Lam - elif* vocari solent.

β) figura ﺑ, per quam secunda, tertia, quarta, vigesima quinta, et vltima alphabeti litterae exprimuntur, saepe inuertitur h. m. ﺑ ﺒ.

*Obs.* Speciatim littera *Je* ﻳ puncta sua perpendiculariter vnum alteri substernit h. m. ﻴ.

γ) ﻛ potissimum ante vel post ﻝ hanc sequentem adsumit figuram ﻛ ﻜ in fine vero, vt eo melius a *Lam* discernatur, aliud *Kef* minus sibi adsumit, in hunc modum ﻚ ﻚ.

δ) ﻢ tum in medio tum in fine circulari ductu litterae praecedenti affigitur, h. m. ﺴﻢ ﻤ ﺤ ﻤ ﺴﻤ ﻜ ﻠ ﻌ ﻄ *b*) etc.

ε) Littera ﻫ connexa in medio modo sic ﻬ, modo ita ﻬ inflectitur *c*).

*Obs.*

---

*b*) v. g. وَعَمِلُوا *waamelu* pro وَعَمِلُوا et fecerunt. كُلَّمَا *collama* pro كُلَّمَا omne id quod. مُثْلَهُمْ *mothsalahom* similitudo eorum. conf. CELLARII Isagoge in L. A. p. 4.

*c*) v. g. مُهْتَدِينَ *mohtadsinal* recte ducti. عَلَيْهِمْ *alaihem* super illos.

*Obs.* Quae de flexione litterarum ع غ م ر و adhuc notanda sunt, ex tabula ad §. II. facile possunt cognosci.

4) *Euehentes*, quae litteras praecedentes in altius tollunt, quales sunt ج ح خ *d*).

*Obs.* Sic etiam de *Lam* speciatim notandum est, quod ante *Mim* quoque attollatur, vel h. m. لم, vel ita vt litterae *Lam* manubrium simul adiiciatur, h. m. لم. *e*)

II) Ratione soni variant

1) *He* finale, feminini generis nota, ة, quod sonum litterae ت, cuius puncta superne etiam assumsit, exprimit *f*).

2) ن vocali destitutum

*a*) ante

---

*d*) v. g. أَلْحَمْدُ *alhhamdo* laus. يُخَادِعُونَ *iochadeuna* decipere studebunt. يَجْعَلُونَ *iagaluna* ponent. Notandum tamen est, quod et alii sine eleuatione litterae praeced. v. g. scribant يَجْعَلُونَ.

*e*) v. g. ظَلَمَ *tsalema* pro ظَلَمَ obscurus fuit.

*f*) v. g. مَدِينَةٌ *madinaton* ciuitas. سُورَةٌ *suraton* caput.

α) ante ب sonat vt *Mim.* g)

β) ante لومبر accipit sonum litterae sequentis. *h*)

γ) ante litteras reliquas per N cum G mixtum pronunciatur, ita vt speciatim ante ق et ك sonus G fortius ac clarius sonet. *i*)

§. 5.

Denique ratione originis litterae aliae sunt I) *Seruiles*, quae praeter radicales litteras in voce occurrere possunt, ac includuntur tribus hisce vocibus مُسَةٌ وَكَلِبٌ فَاِيتَنٌ *Moseton VaCalebon FaItanon*, ex quibus seruiunt

1) ab initio tantum بلسف

2) ab

---

g) v. g. عَنْبَرٌ *ambaron* ambra. مِنْ بَيْتٍ *mem baitin* e domo.

*h*) v. g. مِنْ لَيْلٍ *mellailin* a nocte. مِنْ رَبٍّ *merrabbin* a domino.

*i*) v. g. مِنْ طِينٍ *meng tinin* e luto. أَنْزَلَ *angsala* demsit, مُنْكَدَرٌ *mongcadaron* conturbatus.

2) ab initio et in medio aliis duabus seruilibus interpositum س.

3) ab initio et in fine كمن.

4) in fine tantum ة

5) vbiuis reliquae seruiunt litterae.

II) *Radicales*, quae radicem ipsam constituunt, sunt caeterae omnes, et quinque his vocibus includuntur ثَحَجْ خَذَنْ رَزَشْ ضَظْ طَعَغَقْ

*Obs.* 1. ن et ط seruit quandoque pro ت in coniugatione octaua *k*).

*Obs.* 2. Litterae يَتَخَسَّنُوا formationi et significationi inseruiunt vt essentialiter seruientes; litterae vero بِعْلْكَة consignificant vt extraessentialiter seruientes.

## §. 6.

Vocales *l*.) potestate quidem vbiuis sunt quin-

---

*k*) v. g. إِصْطَرَخَ *Eztaracha* pro إِصْتَرَخَ valde exclamauit. it. إِزْدَرَعَ *Esdaraa* pro إِزْتَرَعَ seminauit. conf. §. 41. III. obs. 4.

*l*) apud Arabes vocantur حَرَكَاتٌ motiones,

quinque, ſed tres tantum earum figuras habent Arabes

| | | |
|---|---|---|
| ـَ *Fatha m*) | denotans A purum vbiuis. | |
| ـِ *Keſre n*) | E, et in fine vocis itemque ante ي quieſcens J. | |
| ـُ *Damma o*) | O, et ante و quieſcens U. | |



---

tiones, a rad. حَرَّكَ mouit, quia motum i. e. ſonum dant conſonantibus, ſicut apud Ebraeos תנועות dicuntur.

*m*) Arabibus dicitur فَتْحَةٌ a radice فَتَحَ aperuit, vocali Fatha litteram notauit. Adeoque vt Ebraeorum *Patach*, a פָּתַח aperuit, ſignificat proprie *aperturam*, quia vocalis haec aperto ore ſiue ex maxima gutturis apertura profertur.

*n*) Non recte cum b. *Reimio* p. 29. ab arabico قِشْرٌ *cortex* deriuatur, ſed Arabibus potius dicitur كَسْرٌ et كَسْرَةٌ a rad كَسَرَ *fregit, diſtraxit*, it. *vocali Keſre notauit conſonam.* Adeoque ſignificat proprie *fractionem*, *contritionem*, quia vocalis haec diffracto ſpiritu effertur, et in proferendo eius ſono apertura oris frangi et contrahi incipit.

*o*) Haud bene a *Reimio* l. c. ab Arabum ضَمَّةٌ

*Obs.* Equidem non ignoro, quod secundum *Erpenium* p. 20. quem *Otho* p. 6. *Edmundus Castellus*, aliique plures sequuntur, Fatha nunc *a* purum et clarum, nunc cum *e* mixtum indicet, quodque Kesre *i* simplex tantum, Damma vero mox *u* purum et clarum, mox cum *o* mixtum siue *o* obscurum exprimat *p*); sed valorem a nobis supra indicatum post *Gabrielem Sionitam* et *Iohannem Hesronitam*, Professores Parisienses doctissimos Lib. I. Grammaticae Maroniticae, qui Arabes hodiernos suis auribus audiuerunt, *Cellarius* p. 6. *Guadagnolus* p. 2. *Pockockius* per octennium in Oriente versatus, *Sennertus* p. 4. aliique adsumserunt.

## §. 7.

Sonus vocalium istarum simplicium

I) producitur vel prolongatur per litteras quiescentes, quae post vocales sibi homogeneas sonum eundem cum illis edunt et cum iisdem

---

*puteus* a rad. ذَمَّ *vituperauit* inflectitur. Arabibus dicitur potius ضَمَّةٌ, quod a rad. ضَمَّ *contraxit in se*, *composuit*, *notauit vocali Damma litteram*, deriuari debet, et proprie significat *contractionem*, *collectionem*, quia vocalis haec labiis in se contractis effertur.

*p*) conf. *Reime* §. 6. p. 28.

iisdem in vnam vocalem longam abeunt (§. 3. obs. 4.) *q*.)

*Obs.* 1. ا productionis nonnunquam abiicitur, tuncque Fatha vel perpendiculariter pingitur ـٰ, *r*) vel pro hoc substituitur *Medda* (§. 13.).

*Obs.* 2. ا post litteram و siue quiescentem siue gjesmatam in fine vocis pro plane otioso habetur *s*).

*Obs.* 3. ا et ي post ـً *an t*) nullam Fathae conciliant productionem.

II) augetur per *Nunnationem*, quippe quae



---

*q*) v. g. قَاقٌ *kakon* قِيقٌ *kikon* قُوقٌ *kukon* deformiter longus. قَالٌ *kalon* قِيلٌ *kilon* dictum siue verbum. مَقُولٌ *mákulon* praedicatum, siue quod dicitur. Accidit itaque vocalibus istis productio haec, quando litteras أوي vocali destitutas post se habent.

*r*) v. g. هٰذَا et هٰذَا *hada* pro هَاذَا hic ipse.

*s*) v. g. بَشَرُوا *bascharu* pro بَشَرُو annunciarunt. غَزَوْا *ghasau* pro غَزَوْ oppugnarunt.

*t*) عَصًا *ázan* baculus, مُعْطًى *mótan* datus.

ſono vocalium addit ſonum N. Id quod in fine nominum et infinitiuorum illis accidit, quando figura earum duplicatur hoc modo: ً an, ٍ in, ٌ vel rarius ٌ on. v).

*Obſ.* ً, niſi ponatur ſupra ة, aut Hamſa (§. 12.) pro Elif poſitum, aſſumit poſt ſe ا, absque vllo ſoni augmento (per obſ. 3. praec.), hoc modo بًا *ban.*

## §. 8.

Diphtongos proprie dictas non habent Arabes, easdem tamen ſicut apud Syros aemulari creduntur و et يِ Gjeſmatae poſt Fatha praecedens.

*Obſ.* Apud Arabes, ſicut apud Ebraeos, Chaldaeos et Syros, tot adſunt ſyllabae, quot adſunt verae vocales, itemque nulla ſyllaba incipit a vocali a conſonante omnes. (§. 15). Ergo apud Arabes quoque vocales duae non poſſunt concurrere ad vnam ſyllabam conſtituendam. Cum igitur *diphtongus* ſit ſonus ex duabus vocalibus in vna ſyllaba mixtus, adeoque ex

v) v. g. أَرْضٌ *arzon,* أَرْضٍ *arzin*, أَرْضًا *arzan*, terra, terrae, terram. Haec Nunnatio apud Arabes dicitur *Tanuin.* تَنْوِينٌ a radice نَوَّنَ litteram *Nun* adpoſuit.

ex concursu duarum vocalium oriatur; diphtongi apud Arabes recte negantur. Quod Syri etiam diphtongos proprie dictas non habeant, probauit DAN. SCHWENTER Lingu. Orient. in academia Noricorum Professor in Ventilatione Grammat. gemina, altera an Syri diphtongos agnoscant etc. Norimbergae 1627. in 4. edita, p. 22. seqq. Attamen sicut in lectione dictionum Syriacarum per vsum vbiuis ferme receptum est, vt *Wav* et *Jud* post *Ptocho* vt diphtongos efferant, v. g. ܡܰܘܬܳܐ *mauto* mors, ܥܰܝܢܳܐ *aino* oculus; sic quoque moris est, vt *Wav* et *Je* Gjesmatae post *Fatha* in vocibus Arabicis ita pronuncientur. v. g. مَوْتٌ *mauton*, عَيْنٌ *ainon*.

§. 9.

Scheua mobile non agnoscunt Arabes; sed scheuati Ebraeorum quiescenti respondet Arabum *Gjesma w*), quippe quod indicat, lit-



w) Gjesma arab. جَزْمٌ est a radice جَزَمَ *resecuit*, *amputauit*, *abrupit*, adeoque proprie significat *resectionem*, quia instar scheuatis quiescentis a littera cui imponitur vocalem eius propriam resecat, istamque litteram ad vocalem praecedentem abripit et cum illa in vna syllaba copu-

teram illo affectam cum vocali praecedente in vna syllaba esse copulandam. Figura eius est circellus (o), qui haud raro tamen imperfecte pingitur (ͨ) vel (ᴗ).

*Obs.* I.

---

copulat. Aliam deriuationem suppeditauit b. REIMIVS, quando l. c. p. 31. nota a) *Haud inuenio*, inquit, *aliam, a qua commodius deriuari posset haec vox, radicem, quam* جعس *vnde nomen* جعسوس breuis statura, despectus: *vel* جعسوش breuis, vilis, macer. *Vt adeo vocetur haec figura dçiesma* ob vilitatem et lenitatem suam, *ob quam inter veras vocales non erat referenda, quippe inter pronunciandum celerrime abripienda.* Sed ipse deinceps meliori deriuatione ex GOLII Lexico Arab. hausta priorem suam deseruisse videtur, quando in addendis p. 116. scribit: „Quisquis nomen τȣ̃ Dçiesma „cum Golio L. A. p. 802. sqq. (lege 502. sq.) a „radice خرم *resecuit, amputauit*, deriuare velit, „vnde et خرم *amputatio*; nos non inueniet con„tradicentes. Erit autem tum *Dçiesma* nota „externa, *syllabam alteram ab altera resecans* ac „secernens„. Et circa *Kesre* et *Damma* si vir beatus *Golium* huncce etiam contulisset p. 1424. et p. 2032. in erroneam suam de his vocalibus deriuationem ac denominandi rationem forte

non

*Obs.* 1. Gjesma omnibus litteris mouendis, adeoque etiam quiescibilibus أوي si radicales fuerint suaque natura motae, aut pro actu mouendis alternent, imponitur. Sed litteris hisce actu quiescentibus apponi non debent; quod interdum a quibusdam male et contra correctissimorum codicum MSC. fidem fieri solet *x*).

*Obs.* 2. Gjesma super ل articuli أَلْ ante Tesdid lambdale (§. 11. H, 1. β.) excidit *y*).

§. 10.

Praeter litteras et puncta vocalia in lectione adhuc obseruanda veniunt sic dicta



---

non esset delatus. Caeterum a quibusdam Gjesma etiam vocatur سُكُون *Socun* et cum articulo أَلسُّكُون *Assocuno* siue quies, in oppositione vocalis quae motus nominatur. vid. ad §. 6. not. l.

*x*) v. g. نَاصِرُوْن et نَاصِرِيْن male, pro نَاصِرُون *nazeruna* et نَاصِرِين *nazerina* adiuuantes, ibus. نَصَرُوْا male, pro نَصَرُوا *nazaru* iuuerunt.

*y*) v. g. أَللّٰهُ *Allaho* deus. أَلرَّبُّ *Arrabbo* dominus.

signa diacritica *Tesdid*, *Hamsa*, *Medda* et *Wesla*.

§. II.

*Tesdid z*) ـّـ refert dagesch forte Ebraeorum, nam sonum litterarum, quibus omnibus et singulis superne imponi potest, duplicat.

Est autem Tesdid duplex *a*), necessarium et euphonicum.

I) Tesdid *necessarium* adscribitur litterae voca-

---

*z*) Originem trahit a شَدَّ *firmauit*, *corroborauit*, *litterae Tesdid adiecit siue illam duplicauit*, adeoque تَشْدِيدٌ proprie significat *roborationem*, quia hoc signum litteram fortiter et bis pronunciandam esse indicat. Caeterum de hoc signo notandum est, quod Mauri siue Arabes occidentales pro ـّـ aliam formam substituant, et mox hanc (ﻪ) litteris subiiciant, mox hancce (٧) vel etiam (ﻪ) super litteras collocent.

*a*) Qui cum SENNERTO p. 5. Tesdid, vt dagesch forte Ebraeorum, in *characteristicum*, *compensatiuum* et *euphonicum*, et hoc vltimum iterum in *Initiale*, *Deltate*, et *Lambdale*, diuidere malunt, doctrinam hanc magis implicant quam dilucidant. Nos igitur ERPENIVM p. 25. 26. et *Othonem* p. 13. hic magis sequimur.

vocalem immediate ſibi praemiſſam habenti. Quorſum pertinet

1) *Characteriſticum*, per quod coniugatio quaedam, atque nomen exinde deductum, agnoſci et a reliquis coniugationibus diſtingui poteſt *b*).

2) *Compenſatiuum*, quod litterae cuiusdam mobilis abiectae vicem gerit *c*).

II) *Euphonicum* vero Teſdid adſcribitur litterae conſonam vocali deſtitutam adeoque ـَ ante ſe habenti.

Et hoc diſpeſci poteſt in

1) *commune*, quod ſupra mediam vel vltimam dictionis litteram ponitur, quorſum pertinet

*α*) *Delta*=

---

*b*) v. g. قَصَّلَ *kazzala* ſecuit cum cura, تَقَصَّلَ *Takazzala* ſecuit plene. مُبَشِّرٌ *mobaſchſcheron* laetae rei nuncius, ſiue Euangeliſta. بَشَّاكٌ *baſchſchakon* mendax.

*c*) v. g. مَدَّ *madda* pro مَدَدَ extendit, produxit. أَمَنَّا *amanna* pro أَمَنْنَا credimus.

*α*) *Deltale*, quod litterae ت post ن imponitur *d*).

*β*) *Lambdale*, quod litteris solaribus (§. 2. II.) post *Lam* articuli أَلْ adiicitur *e*).

*Obs.* Sicut ـَ articuli ante Tesdid lambdale excidit (§. 9. obs. 2.); ita quoque ل articuli أَلْ compendii ergo haud raro omittitur, quando solaris eam sequens ل quoque est *f*).

*Nota.* Haec litterae ل omissio non solum 1) in pronominibus relatiuis أَلَّذِي *qui*, أَلَّتِي *quae*, et أَلَّذِينَ plur. masc. *qui* (§. 36. III.) ob frequentem vsum est perpetua; sed 2) semper fere accidit etiam, quan-

---

*d*) v. g. حَمَدْتَّ *khamatta* laudasti, حَمَدْتُّمْ *khamattom* laudastis. يَلَدْتُّ *ialatto* genui.

*e*) v. g. أَلصِّرَاطُ *azzerato* via. أَللَّيْلُ *allailo* nox haec. أَلرَّحْسُ *arrahhso* tonitru.

*f*) v. g. أَلَّيْلُ *allailo* nox, pro أَلْلَيْلُ. it. أَلَّبْسُ *allebso* hoc vestimentum, pro أَلْلَبْسُ.

quando articulo أَلْ praefigitur لِ nota datiui *g*).

2) *Initiale*, quod super primam dictionis litteram locatur, estque duplex

*α*) *primarium*, quod apponitur litteris لُومِير post Nun gjesmatum, siue hoc expressum sit, siue in vocali Nunnata tantum lateat *h*).

*Obs.* In compositione *Nun* hocce excidere solet *i*).

*β*) *secundarium*, quod apponitur litterae cuiuis non-gutturali immediate post sui similem gjesmatam occurrenti *k*).

*Obs.*

---

*g*) v. g. لِلَّيْلِ *lellaili* nocti. لِلَّبْسِ *lellebsi* vestimento.

*h*) v. g. مِنْ رَبِّهِمْ *merrabbehem* a domino illorum. بَيْتٌ مُطَّهَّرٌ *baitommotahharon* domus purgata.

*i*) v. g. مِمَّا *memma* pro مِنْ مَا ex eo quod. it. أَلَّا *alla* vt non, siue ne, compositum ex أَنْ vt, et لَا non.

*k*) v. g. مَنْ يَسْتَغْفِرْ رَبَّهُ *man iastaghferrabbaho* qui rogat dominum suum.

*Obſ.* Teſdid initiale in quibusuis codicibus non reperitur, ſed vt res notiſſima ſaepe abeſt ex ſola analogia ſupplendum *l*).

§. 12.

Hamſa (ء) *m*) eſt ſignum inter litteram ا eiusque vocalem poſitum, quod litteram illam mouendam eſſe indicat.

De hoc Hamſa ſpeciatim notandum eſt 1) quo-

---

*l*) v. g. Sur. II, 24. أَزْوَاجٌ مُطَهَّرَةٌ coniuges mundae, alii codices habent أَزْوَاجٌ مُّطَهَّرَةٌ *Aſvagſom motahharaton.* ibid. vers. 26. أَنْ يُوصَلَ, alii أَنْ يُوَصَّلَ *aiiuzala* vt coniunctum ſit.

*m*) Arab. هَمْزٌ vel هَمْزَةٌ deſcendit a radice هَمَزَ *trudit, impulit, punxit, ſigno Hamſae litteram inſigniuit*, adeoque vi originis indicat, ſonum litterae *Elif*, cui imponitur, eſſe protrudendum. Conuenit itaque Hamſa cum *Mappik* Ebraeorum et Chald. finali litterae הּ impreſſo, quod a radice נפק *exiit* deriuatum ſignificat *exire faciens*, adeoque aliquid quod indicat ſonum litterae ה eſſe proferendum. De figura ipſa notari poteſt, quod pro (ء) Mauri punctum craſſum flauo aut viridi colore vſurpare ſoleant.

1) quoniam omne ا radicale eſt mobile, haec littera, ſi propria vocali deſtituta eſt, cum (ء) et (ٯ) notari debet *n*).

2) Si vero *hamſa* litteris و et ى ſuperſcribitur, illas pro *Elif* radicali et ſua natura mobili poſitas eſſe indicat *o*).

3) Hamſa in fine vocis, poſt aliquam litterarum quieſcibilium اوي, aut aliam mobilem gjeſmatam, obuium *Elif* mobile repraeſentat *p*).

Eandemque vim exſerit etiam Hamſa, quando poſt *Elif*, aut aliam quamcunque litte-

---

*n*) v. g. يَأْمَنُ *Iamano* ſecurus eſt, ex أَمِنَ *amena*. it. تَأْكُلُ *tacolo* edis, ex أَكَلَ. Exinde diiudicari poteſt, cur *Hamſa* et Elif radicale actu mouendum pro ſynonymis fere habeantur.

*o*) v. g. يُؤْمِنُ *Iomeno* credet, pro يُأْمِنُ. إِيكُلْ *Ecel* ede, pro أُأْكُلْ.

*p*) v. g. مَآءٌ *mao'n*, سُوءٌ *ſuo'n*, شَيْءٌ *Schaio'n* مَرْءٌ *marón*, pro مَآ, سُوا, شَيْأ, مَرْأ, aqua, malum, res, vir.

litteram mobilem vocali carentem in medio adparet *q*).

*Obf.* 1. *Hamſa* hoc neceſſarium interdum excidit, ex ſola analogia ſupplendum *r*).

*Obf.* 2. *Hamſa* quod vices *Elif* mobilis gerit (num. 3.) vocari poteſt *compenſatiuum*, tuncque Hamſa illud quod ipſi litterae ا adpoſitum eſt eiusque motum indicat *non-compenſatiuum* appellandum eſſet. Quod vtrumque ſi eiiciatur, per Fatha perpendiculare compenſari ſolet *s*).

§. 13.

ـٓ *Medda t*) imponitur

*I*) *Elif* quieſcenti ante *hamſa* locato, ſyllabamque tunc producit *u*).

*II*) aliis

---

*q*) v. g. أَءَنْذَرَ *aandſara* pro أَأَنْذَرَ an terruit? يَسَلُ *jaſalo* pro يَسْأَلُ rogabit.

*r*) v. g. اهْدِنَا *Ehdena* pro اِهْدِنَا duc nos. conf. Sur I, 4. 5. 6. II, 3. 13. etc.

*s*) v. g. آمَنُوا *amanu* pro أَءْمَنُوا crediderunt.

*t*) Originem ſuam trahit a radice مَدَّ *extendit*, *produxit*. Vnde مَدّ vel مَدَّة *extenſionem* ſiue *productionem* ſignificat. Cum igitur Medda Elif quieſcenti impoſitum indicet, ſonum vocalis per ا quieſcens prolongandum eſſe, quodammo-

*II*) aliis litteris mobilibus, et

1) eas per vocalem Fatha Eliph abiectum inuoluentem legendas esse docet *w*).

*Obs*. 1. Elif mobili etiam, ante litteram aliam mobilem vocali notatam locato, imponitur, illudque per vocalem ـَ Elif hamsatum ac Gjesmatum inuoluentem efferendum esse indicat *x*).

*Obs*. 2. In vtroque casu (num. 1. et obs. 1.) codices quidam *Medda* omittunt; et Fatha perpendiculare scribunt *y*).

2) easdem vel pro notis arithmeticis *z*) habendas esse, vel sic dictas abbreuiaturas *a*) siue

---

dammodo cum metegh adstricto comparari potest.

*v*) v. g. سَمَآءٌ *Samâon* coelum.

*w*) v. g. هٰذَا *Hâdsa* pro هَاذَا hic.

*x*) v. g. آمَنَ *Amana* pro أَأْمَنَ credidit.

*y*) v. g. هٰذَا *hadsa* hic. أَمَنَ *amana* credidit. conf. §. 7. I. obs. 1.

*z*) v. g. قَةٓ idem est ac 85. قَو 56. etct.

*a*) v. g. طٓ idem est ac طَرْفٌ finis. بَةٓ pro

siue dictionum compendia repraesentare, indicat.

§. 14.

ـَ Wesla b) vnicae litterae vocis initiali imponitur, et est nota litteram hanc vocali suas

---

pro بِسْمِ ٱللّٰهِ in nomine dei. حَمْدُ لِلّٰهِ دَائِمٍ كَرِيمٍ laus deo aeterno augusto. Sic igitur in hoc aeque ac praecedenti casu nota haec respondet duobus virgulis Ebraeorum super litteras positis, aut Syrorum lineolae otii superne collocatae, quae ܡܗܓܝܢܐ dicitur.

b) Commode haec vocula deriuatur a radice وَصَلَ *copulauit*, *coniunxit*. Vnde nomen وَصْلٌ et وِصْلَةٌ significat *copulam*, *coniunctionem*, *commissuram*, siue id quo res iungitur. Conuenit ergo Wesla et significatione et officio cum Makkeph Ebraeorum. Optime etiam comparari potest cum Syrorum lineola occultante, quae ܡܗܓܝܢܐ cognominatur; *Medda* vero et *Wesla* vt opposita consideranda sunt. Sicut enim Medda litterae *Elif* cui imponitur sonum vocalis A addit, et syllabam producit, ita

sua priuans, ac sequentem gjesmatam aut pro ea substitutam solarem Teschdidatam cum praecedente vocali tam litterae praefixae quam vocis praecedentis copulans.

Est vero Elif huic vnioni subiectum triplex Articulare, Nominale, Verbale.

I) *Articulare* articulo أَلْ imponitur *c*).

*Obs.* Huc ergo ex ERPENII *d*) sententia recte etiam pertinet id, quod est in relatiuo أَلَّذِي (adde أَلَّتِي) et casibus eius, de quo vide §. 36. III.

C 2 II) *No-*

---

ita e contrario Wesla litteram *Elif* sono vocalis ipsi attribuendae priuat. REIMIVS l. p. 36. nostram voculam a radice وَصَلَ *accessit*, deduxit, sed in addendis p. 116. nostram formationem adprobasse videtur.

*c*) v. g. لِرَبِّ ٱلْعَالَمِينَ *lerabbil alamina* domino creaturarum. it. بِيَوْمِ ٱلدِّينِ *beiaumid dina* in die iudicii.

*d*) conf. eius Grammat. Arab. p. 29. v. g. إِنَّ ٱلَّذِينَ *Ennal ladhsina* sed qui. كِتَابُ ٱلَّذِي *ketabol ladhsi* liber qui. conf. Coran. Sur.

II) *Nominale* in decem his nominibus deprehenditur,

| | |
|---|---|
| إِبْنٌ filius *e*). | إِسْمٌ nomen. |
| إِبْنَةٌ filia. | إِسْتٌ nates. |
| إِبْنَمٌ filius. | إِمْرَأٌ vir. |
| إِثْنَانِ duo. | إِمْرَأَةٌ mulier. |
| إِثْنَتَانِ duae. | إِيمُنٌ iuramentum. |

III) *Verbale*, quod in verbis deprehenditur, eſt vel

1) imperii, quod format imperatiuum primae coniugationis *f*).

2) cha-

---

Sur. I, 7. II, 2. 5. 8. 13. 15. 16. 20. 21. 24. 25. 26. 28. etct.

*e*) v. g. يَدُ ٱبْنِكَ *jadob necha* manus filii tui. بِٱبْنِكَ *bebnecha* in filio tuo etc..

*f*) v. g. ex إِقْصِلْ *akzal* seca. أُنْصُرْ *onzor* iuua.

2) characteristicum, quod in Praeteritis, Imperatiuis, et Infinitiuis actiuis coniugationum deriuatiuarum secundae et tertiae classis adparet *g*).

*Obs.* 1. In his ergo omnibus, (nisi ponantur initio sententiarum, aut post articulum,) *Elif* initiale vocali sua priuatur, et consona sequens vnitur cum vocali terminante dictionis praecedentis *h*), vel particulae praefixae *i*).



---

*g*) v. g. in coniugat. 8. praeter. اِقْتَصَلَ *Ektazala* secuit; imperatiuus اِقْتَصِلْ *Ektazel* seca; infinitiuus اِقْتِصَالًا *Ektezalan* secando. it. in coniugat. 10. praeteritum اِسْتَطْعَمَ cibum petiit; imperatiuus اِسْتَطْعِمْ *estatem* cibum pete; infinitiuus اِسْتِطْعَامًا *Esteta-man* cibum petendo.

*h*) Exempla de Wesla siue Elif vnionis articulari et nominali iam allata sunt lit. c. et e. de verbali vero vide Sur. II, 15. اَلَّذِي اَشْتَرَوْا *alladhsistarau* qui compararunt, pro اِشْتَرَوْا in

*Obs.* 2. Si vox praecedens terminetur

a) litteris quiescentibus اوي, hae non obstant vnioni *k*). Affixa autem ي et نِي assumunt super ي Fatha *l*).

β) Lit-

in coniugat. 8. a radice سَرَا ibid. vers. 16. أَلَّذِي ٱشْتَوْقَدَ qui accendit, pro اِسْتَوْقَدَ in coniugat. 10. a radice وَقَدَ. ibid. vers. 34. يَا آدَمُ ٱسْكُنْ o Adam inhabita, pro أُسْكُنْ imperatiuus in 1. coniugatione, conf. v. 20. 39. etc.

*k*) v. g. بِٱسْمِ in nomine ab اِسْمٌ, it. Sur. II, 32. وَٱسْتَكْبَرَ et elatum se gessit, ab اِسْتَكْبَرَ e radice كَبُرَ.

*k*) v. g. غَزَا ٱلْمَدِينَةَ oppugnauit vrbem, يَغْزُو ٱلْمَدِينَةَ oppugnabit vrbem. de ي vide Exempla littera h.).

*l*) v. g. Sur. II, 39. نِعْمَتِيَ ٱلَّتِي gratia

β) Littera gjesmata, haec pro Gjesma assumit Kesrem *m*). Sed in afformatiuis تُمْ et وا *n*), et in pronominibus هُمْ et كُمْ *o*), Gjesma mutatur in Damma, et in particula مِنْ in Fatha *p*).

γ) vocali nunnata, haec ante articulum abiicit



tia mea quae. it. ضَرَبَنِي ٱلْمُعَلِّمُ verberauit me praeceptor.

*m*) نَصَرَتِ ٱلْأُمُّ adiuuit mater. مَنِ ٱبْنُكَ quis filius tuus?

*p*) اِشْتَرَيْتُمُ ٱلضَّلَالَةَ emistis errorem. اِشْتَرَوُا ٱلضَّلَالَةَ emerunt errorem.

*o*) v. g. نَصَرَهُمُ ٱلْمَلِكُ adiuuit eos rex. هُمُ ٱلْمُفْسِدُونَ hi sunt perdite viuentes, قَتَلَكُمُ ٱلْمَلِكُ interfecit vos rex.

*p*) مِنَ ٱلْعَدُوِّ ab hoste.

iicit Nun q). Sed alibi illud retinet, et tunc Elif vnionis vocalem, etsi adscriptam non habet, in pronunciatione adsumit r).

*Obs.* 3. Omne Elif vnionis est seruile, et naturaliter vocalem ـِ, quam Wesla aufert, possidet, nisi quod Imperatiuus primae coniugationis ـُ interdum habeat, articulus autem, et nomen solum أَيْمُنٌ, *Fatha*.

Nota. Elif vnionis excidit aut otiatur

1) si prima radicalis loco ـْ accipit vocalem s).

2) post praefixa t).

§. 15.

Ex littera et vocali, vno halitu comprehen-

---

q) قَلْبُ ٱلْأُمِّ cor matris. بَيْتُ ٱلْمَلِكِ domus regis.

r) مَدِينَةٌ ٱفْتُتِحَتْ *madinaton eftatahhat*, vrbs capta est.

s) v. g. مُدَّ pro أُمْدُدْ extende.

t) v. g. بِسْمِ in nomine pro بِٱسْمِ vid. lit. i. وَٱلَّذِينَ et qui, pro وَٱلَّذِينَ.

hendis, oritur *syllaba*. Et haec est *simplex*, quando desinit in sonum vocalis; *composita* vero, quando desinit in sonum consonantis *v*).

*Obs.* 1. Nunnatio sono vocalium addit sonum N. (§. 7. II.). Ergo Nunnatio syllabam compositam efficit *w*).

*Obs.* 2. Littera quiescens post vocalem homogeneam sonum a vocali ista diuersum non edit (§. 7. I.). Ergo syllaba quae in litteram quiescentem desinit est simplex *x*).

## §. 16.

Tonum vox habet

1) in penultima, quando est dissyllabica.

 2) in

---

*v*) v. g. in نَصَرَ *iuuit*, sunt tres syllabae simplices; sed in أُنْصُرْ *iuua*, duae compositae.

*w*) v. g. in قَلْبٌ *cor*, et إِبْنٌ *filius*, vtraque syllaba est composita.

*x*) v. g. غَزَا *oppugnauit*. فِي *in*.

2) in antepenultima, quando est polysyllabica *y*).

*Obs.* 1. Polysyllaba, quorum penultima per litteram aliquam quiescentem producitur (§. 7. I), sunt penacuta *z*).

*Obs.* 2. Quando penultima polysyllaborum in Gjesma aut Teschdid desinit, pro syllaba positione longa haberi, ideoque tonum possidere potest *a*).

*Obs.* 3. Dictionum per Wesla siue Elif vnionis copulatarum vltima tantum tono afficitur *b*).

CA-

---

*y*) v. g. أُنْصُرْ *onsor*. غَزَا *gasa*, tonum habent in penultima; sed نَصَرَ *násara* أَأَمْلِكُ *almálecho* in antepenultima.

*z*) قَصِيلٌ *kazilon*. مَقُولٌ *makúlon*.

*a*) v. g. قَصَلْتُ *kazalta*. بِأَرْضٍ *bearzi*.

*b*) v. g. رَبِّ ٱلْعَالَمِينَ *rabbilalamina*.

# CAPVT. II.

## DE PERMVTATIONE LITTERARVM اوي*) ET PVNCTORVM VOCALIVM.

§. 17.

Litterae اوي Arabibus vocantur *debiles*, quod non tantum, quando actu quiescunt, sed etiam cum mouentur, in medio et fine dictionis, tam a suis quam immediate praecedentibus vocalibus varias mutationes patiuntur, secundum regulas sequentes tum generales tum speciales.

Regulae generales de اوي sunt

1) Litterae اوي vocalibus destitutae post vocales

---

*) Peculiaria principia paucissimis mutationibus vocalium praemittenda Arabes non habent. Ergo loco illorum ad ordinem harmonicum in sequentibus retinendum inseri hic potest doctrina de permutatione litterarum *debilium*, quam exhibet ERPENII Gram. Arab. sic dicta Libri I. appendix vere aurea. p. 32. sqq. SENNERTI Arabismus Cap. VIII. p. 60. et OTHONIS Synopsis Institut. Arabic. §. 3. p. 7. sqq.

vocales heterogeneas accommodant ſe hiſce, iisdemque fiunt homogeneae *c*).

*Obſ.* 1. و et ي poſt ـَ non raro manent, et adſcripto Gjeſma diphtongeſcunt quaſi *d*) (§. 8.), aut inſtar ا ſine Gjeſma quieſcunt *e*).

*Obſ.* 2. Rarius litterae debiles non accommodant ſe vocalibus, ſed vocales ipſis euphoniae cauſa accommodantur *f*).

2) Litterae اوي quieſcentes, ſequente Gjeſma, excidunt *g*).

*Obſ.* Elif vnionis huic regulae non ſubiicitur,

---

*c*) v. g. بِيرٌ pro بِئْرٌ puteus. نُويٌ pro نُؤْيٌ incile. دَارٌ pro دَيْرٌ domus et نَارٌ pro نَوْرٌ ignis.

*d*) v. g. يَوْمٌ *Jaumon* dies, لَيْلٌ *Lailon* nox.

*e*) v. g. رَمَاهُ *Ramaho* iecit eum. غَزَاةٌ *Gaſaton* oppugnatio.

*f*) v. g. بِيضٌ pro بُيْضٌ plural. fract. a ſingul. أَبْيَضُ *albus*.

*g*) v. g. يَخَفْ timeat pro يَخَافْ, يَقُمْ ſtet, pro يَقُومْ. يَسِرْ eat, pro يَسِيرْ

tur *h*), ideoque illud ante Gjesma nunquam excidit, nisi in notissimo بِاسْمِ *besmon* in nomine, et nonnunquam in Imperatiuo coniugationis primae post و et ف.

§. 18.

Regulae de و et ي.

I) concurrente earum litterarum vna cum altera

1) و et ي per vocalem mobiles, ante و et ي quiescentes, excidunt, vocali sua vel

α) abiecta, si praecedat Fatha cum qua littera illa quiescens diphthongescit *i*).

β) reiecta in locum praecedentis vocalis, si ea sit Damma vel Kesre, vt in sua homogenea quiescens vlterius lateat *k*).

2) و et

---

*h*) v. g. فَانْصُرْ itaque iuua, ex أُنْصُرْ coll. §. 14. III, 1.

*i*) v. g. رَمَوْا pro رَمَيُوا iecerunt. تَغْزَيْنَ pro تَغْزُوِينَ oppugnaberis foemina.

*k*) v. g. أُغْزِي pro أُغْزُوِي oppugna tu foemi-

2) و et ي ita concurrentibus vt prior earum vocalem non habeat, mutatur و in ي, duoque ي per Tesdid coalescunt *l*).

II) non concurrente litterarum istarum vna cum altera, de vna tamen aeque ac de altera valet

1) litterae istae mobiles ante litteram mobilem post Fatham saepe in Elif quiescens mutantur *m*).

2) litterae istae و et ي finales, post Elif seruile, in Hamsa mutantur *n*).

*Obs.* Licet suffixa litteram ا efficiant medianam,

---

foemina. يَرْمُونَ pro يَرْمِيُونَ iacient.

غَازُونَ pro غَازِوُونَ oppugnantes.

*l*) v. g. أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ dies, plural.

*m*) v. g. قَامَ pro قَوَمَ stetit. سَارَ pro سَيَرَ profectus fuit.

*n*) سَمَآءٌ pro سَمَاوٌ coelum. رِدَآءٌ pro رِدَايٌ pallium.

nam, eadem tamen litteras و et ي medianas efficere non censentur *o*).

§. 19.

Regulae speciales de و sunt

I) و radicale

1) in medio dictionis

*α*) per Fatham mobile post ـَ, interdum in ي mutatur *p*).

*β*) aliud و quiescens post se habens, saepe id expellit *q*).

2) in fine dictionis

*α*) post ـُ moueri nequit, sed abiiciens vocalem suam, et Nun vocale, si quod adsit, ad praecedens Fatha reiiciens quiescit, muta-

---

*o*) v. g. غَزَا pro غَزَوَ oppugnauit, accedente suffixo facit غَزَاهُ oppugnauit eum, non vero غَزَوَهُ coll. §. 19. I, 2. *a*. Sic ex رَمَى iecit, cum suffixo oritur رَمَاهُ iecit illum, non vero رَمَيَهُ.

*p*) v.g. ثِيَابٌ pro ثِوَابٌ vestes.

*q*) v.g. رُؤُسٌ pro رُؤُوسٌ capita.

mutatum in ا si tertia, in ي vero, si quarta aut vlterior dictionis littera sit *r*).

β) post ـَ, in ي mutatur *s*).

γ) post ـُ, non fert Damma vel Kesre, sed iis abiectis quiescit *t*).

*Obs.* Si Nun vocale adsit, id retrocedit, et Wav excidit *v*). Sed si praecedat و ـُ, Nun vocale vna cum و manet, et praecedens و abiectum in eodem per Teschdid repraesentatur *w*).

II) و ser-

---

*r*) v. g. غَزَا pro غَزَوَ oppugnauit. يُغْزَيُ pro يُغْزَوُ oppugnabitur. it. عَصًا pro عَصَوٌ baculus. مُعْطَي pro مُعْطَوٌ datus.

*s*) رَضِيَ pro رَضِوَ gratum habuit.

*t*) v. g. رَدِيٌ, pro رَدِوٌ periens et رَدِيٍ pereuntis.

*v*) أَدْلٍ situlae, pro أَدْلُوٌ et أَدْلُوٍ, a sing. دَلْوٌ.

*w*) v. g. مَغْزُوٌّ oppugnatus, pro مَغْزُووٌ.

II) و seruile in fine dictionis, ne eam terminet, adsciscit ا otiosum *x*).

§. 20.

Regulae speciales de ي sunt,

*Je* eodem modo

1) in medio dictionis

α) per Fatham mobile post ـَ, interdum in و mutatur *y*).

β) aliud ي quiescens post se habens, saepe id expellit *z*).

2) in fine dictionis

α) post ـَ moueri nequit, sed abiiciens vocalem suam, et Nun vocale, si quod adsit, ad praecedens Fatha reiiciens, instar *Elif* quiescit *a*).

*Obs.*

---

*x*) v. g. نَصَرُوا iuuerunt, pro نَصَرُو. it. رَمَوْا iecerunt, pro رَمَوْ.

*y*) v. g. رَمَوَانٌ pro رَمَيَانٌ proiectio.

*z*) v. g. رَيِّسٌ pro رَيْيِسٌ praefectus.

*a*) v. g. أُولَي pro أُولَيُ أُولَيِ أُولَيَ prima, primae, primam. it. فَتًى pro فَتَيٌ فَتَيٍ فَتَيًا vir, viri, virum.

*Obs.* Si aliud ي Fathatum praecedat, mutatur in ا *b*). Excipienda tamen sunt يَحْيَي et رَبَّي nomina propria virorum.

β) post ـُ, non fert Damma vel Kesre, sed iis abiectis quiescit *c*).

*Obs.* Si adsit Nun vocale, id retrocedit, et ي excidit *d*).

γ) post ـِ, id in Kesre mutat, ipsum non mutatur *e*).

*Obs.* Hoc etiam fit intercedente و, quod pro more in ي mutatur facta adeo coalitione vtriusque per Tesdid *f*).

§. 21.

---

*b*) v.g. هَدَايَا pro هَدَايِيُ munera.

*c*) خَافِي pro خَافِيٌ et خَافِيٍ nudipes, nudipedis.

*d*) v.g. رَامٍ pro رَامِيٌ et رَامِيٍ iaculator, iaculatoris.

*e*) v.g. تَمَنِّي pro تَمَنُّيٌ optatio. أَيْدِي pro أَيْدُيٌ manus plur.

*f*) v.g. مَرْمِيّ pro مَرْمُويٌ iactus.

§. 21.

Regulae speciales de ا sunt

I) ا vocali affectum

1) in medio dictionis mobile

α) per ـُ, mutatur in و. g)

β) per ـِ, mutatur in ي. h). Quod vtrumque fit etiam post Elif quiescens.

γ) per ـَ, mutatur

א) post ـُ in و. i)

ב) post ـِ in ي. k).

*Obs.* Omnia suffixa ا efficiunt medianum *l*); sed praefixa و ل ف ب أ Elif in medium dictio-

D 2 nis

---

g) v. g. أَوُبٌّ pro أَأُبٌّ pascua siue prata.

h) v. g. سُيِلَ pro سُئِلَ rogatus fuit.

i) v. g. دُوَبٌ pro دُأَبٌ studia.

k) v. g. فِيَةٌ pro فِئَةٌ agmen hominum.

l) v. g. ex مَآءٌ aqua, cum suffixo oritur مَآؤُهُ, non vero مَآءُهُ aqua eius. it. ex مَآءِ aquae, cum suffixo oritur مَآئِهِ, non vero مَآءِهِ aquae eius.

nis collocare non censentur m), nisi in particulis quibusdam, vt أَيِنْ an si? لِئَلَّا vt ne.

2) in fine dictionis post ـَ, mobile

α) per ـُ, mutatur in و. n).

β) per ـِ, mutatur in ي. o).

*Obs.* Litteris و et ي hoc modo pro ا mobili positis Hamsa superscribitur (§. 12, 2.).

II) ا vocali destitutum

1) post aliud *Elif Fathatum* excidit, p) Fatha perpendiculariter picto, vel adscripto Medda.

2) antea quiescens, quando ante aliud Elif quiescens quod sequitur mouendum est, mutatur in و Fathatum q).

§. 22.

---

m) v. g. لِأَبٍ patri, كَأُمٍّ instar matris.

n) v. g. تَغْتَنُو pro تَغْتَنَأ desinis.

o) v. g. سَنَي pro سَنَا sennae foliorum.

p) v. g. pro أَأْمَنَ scribitur أَمَنَ vel آمَنَ credidit.

q) v. g. نَوَاصِرُ pro نَاأَصِرُ adiutrices.

§. 22.

Sicut Chaldaei et Syri voce a fine crescente in antepenultima nihil mutant, sed ea tantum vocalis, quae in voce in se spectata erat vltima, corripitur; ita Arabes quoque vocalem in tertia vel quarta ob incrementum finale ad vocem accedens constitutam, immo vllam vocalem non mutant, nisi quod ea, quae antea fuerat vltima, interdum abiiciatur, siue in Gjesma mutetur *r*).

§. 23.

Vox penacuta, (quorsum dissyllaba omnia pertinent, siue penultima tonum habens sit simplex siue sit composita §. 16. 1.), assumto praefixo nec vocalem quandam nec tonum mutat, sed eundem in sede pristina ordinarie relinquit *s*).



*r*) v. g. ex نَصَرَ adiuuit, accedentibus afformatiuis fit نَصَرْتَ adiuuisti, نَصَرْتُ adiuui, نَصَرْتُمْ adiuuistis etct.

*s*) v. g. لِرَبٍّ domino, ex رَبٌّ dominus. أَأَنْتَ an tu? ex أَنْتَ. Illustrari hoc potest ex Ebraismo, in quo vox monosyllabica ob accedens praefixum tonum ex vltima, siue haec fuerit

§. 24.

Quia apud Arabes ob incrementum finale ad vocem accedens plures vocales in Gjesma non corripiuntur (§. 22.), nec praefixa per Gjesma vocibus adduntur (§. 50); *duorum Gjesma concursum Arabes prorsus ignorant.*

§. 25.

Litterae gutturales 1) Gjesma apud Arabes non respuunt, sed vbiuis illud tolerant t). Quod vero 2) litterae و et ي vocalem sibi adiiciendam in locum vocalis praecedentis substituant, ex §. 18. I, 1. β. patet.

§. 26.

In vocibus Arabicis ex Ebraeis inflexis vocales varie permutantur; et in verbis nondum crescentibus pro scheua quiescenti Ebraeorum sub tertia radicali praeteritorum semper, et futurorum ordinarie, adest vocalis, ibi Fattha hic vero Damma.

§. 27.

Ob pausam apud Arabes in vocalibus nihil

---

fuerit simplex siue composita, ad penultimam non remittit. conf. PANZII Comp. Gr. Ebraeo-Chald. §. 16. II. obs. 7. et litt. z.

t) v. g. أُخْتٌ soror. أَخْذٌ acceptio. رَعْدٌ tonitru. شَحْمٌ pinguedo. بَأْرٌ fossio putei etct.

hil mutatur. At periodorum aut harum membrorum fines indicantur notis hisce ۞ ✣ * ∵ ∴ ∵ et similibus, itemque litteris ص et ع. In Alcorano ط minio voci superne adscriptum periodi finem aut colon designat, et ج hypocolon indicat, in aliis vero MSCtis punctum rubrum crassum et caudatum vel solum hoc modo ، vel triplicatum ؍؍؍ adhibetur, quod rhythmi etiam nota est. Secundum *Theseum Ambrosium* . commatis, : coli, .·. hypocoli, ∴ interrogationis, .: responsionis, et ∴ periodi notae apud Arabes sunt, sed asserto eius fidem praestare recusauit *Erpenius* in Gram. Arab. p. 12.

## CAPVT III.
## DE NOMINE *)

### §. 28.

In nomine considerari potest forma, figura et species, genus, motio, declinatio, status, comparatio et nunnatio.



*) Cognitio nominum plena supponit doctrinam de verbo, et doctrina de verbo supponit notitiam pronominum personalium, ex quibus characteres personae, generis et numeri, de sumun-

§. 29.

Ratione *formae* nomen est vel *nudum*, constans ex solis litteris radicalibus *v*): vel *auctum w*), quod praeter radicales habet vnam

---

sumuntur. Hinc egomet ipse in Commentatione *de formatione et perfectione verbi apud Ebraeos* doctrinam de pronominibus personal. praemisi doctrinae de verbo. Et ex eodem fundamento b. *Reimius* quoque sine dubio, Cap. II. de pronominibus, Cap. III. et IV. de verbis et Cap. V. demum de nominibus agit. Sed quoniam etiam doctrina de suffixis, a *Reimio* Cap. II. simul pertractatis, cognitionem nominum et verborum, quibus suffixa illa sunt adiicienda, supponit, et per hunc nouum eius ordinem memoria afficitur molestia; ordinem in Grammatica Ebr. a *Danzio* semel acceptum hie quoque retinere maluimus: licet in praelectionibus ipsis doctrinae de nominibus doctrinam de verbis, et doctrinae de verbis doctrinam de pronominibus personalibus praemittere consultum omnino ducamus.

*v*) v. g. قَلْبٌ cor. لَهَبٌ flamma. قِطٌّ liber, libellus.

*w*) v. g. ذِكْرَى recordatio. حُجَيْرٌ lapillus. يَنْبُوعٌ fons.

vnam aut plures ex litteris سامَنْتي vel voce memoriali aliis magis vſitatori يَتَسَمَّنَا, quae formationi nominum ita inſeruiunt, vt

1) ي w) et ت x) ab initio, in medio et fine,

2) س in medio duabus aliis ſeruilibus interpoſitum y),

3) منا z) ab initio et fine, adiiciantur.

*Obſ.* ت in fine ſeruiens per ة ſcribitur: et ا in fine ſeruiens ſemper ante ſe aliud Elif

D 5 quieſ-

---

x) v. g. تَبْذَارٌ prodigus. إِعْتِرَافٌ confeſſio, ex octaua coniugat. tantum. تِذْكَارٌ reminiſcentia.

y) vt in coniugatione decima verbi v. g. إِسْتِغْفَارٌ petitio veniae. مُسْتَرْعِلٌ ductor equorum.

z) v. g. مِثْقَلٌ pondus. إِبْنُمٌ filius.

2) مُنْسِيتٌ plene maturus. غُفْرُونٌ remiſſio. 3) أُسْبُوعٌ hebdomas. أَشْنَعُ deformis.

quiescens habet, adeoque in Hamsa mutatur *a*) (§. 12, 3.).

§. 30.

Cum figura tanquam altero nominum Ebraicorum momento hic combinari et apud Arabes considerari potest *species* nominis.

I. Figura nomen est vel *simplex b*), descendens ab vna radice; vel *compositum c*), quod formatur a pluribus.

*Obs.* Compositio per accusatiuum, vti apud latinos per ablatiuum, atque sic vtrobique per casum postremum, fieri solet.

II) ratione *speciei d*) nomen, quia vel a verbo

---

*a*) v. g. رَحْمَةٌ misericordia. كِبْرِيَآءُ superbia.

*b*) إِسْمٌ nomen. عَبْدٌ seruus.

*c*) إِبْرَاهِيمُ Abrahamus. إِسْرَآئِيلُ Israel.

*d*) ERPENIVS l. c. p. 123. ratione speciei nomen in *primitiuum* et *deriuatiuum* dispescit, et primitiuum nomen illi est quod non deriuatur aliunde v. g. رَأْسٌ caput, لَحْمٌ caro. ER-

verbo vel ab alio nomine apud Arabes deriuatur, est vel verbale vel nominale.

א) Ad *nomen verbale* pertinent

α) ad-

---

PENIVM praeter alios sequitur OTHO l. c. p. 35. nomina in primitiua et deriuatiua diuidens, additque: *illa pauca sunt*, *vt* فم os. Sed sicut in lingua Ebraea aliisque Orientalibus omnia nomina recte a radice quadam deriuantur, ita haec quoque nomina a radice Arabibus vsitata inflecti possunt, hoc quidem a rad. فأم *repleuit os*, illud a radice لحم *cibauit carne*, istud a rad. رأس *praefuit*, *caput fuit*. Adeoque deriuantur a verbo, nec sunt primitiua. Nos igitur diuisionem istam nominum de industria omisimus, omnia nomina vt apud Ebraeos pro deriuatis agnoscentes, ita tamen vt apud Arabes vel immediate a verbo vel interueniente alio nomine mediate deriuari posse asseramus. Et hanc sententiam, adprobasse videtur SENNERTVS, qui p. 50. diuisionem illam quoque omittens scribit: „species denique nominum multo plures caeteris orientalibus populis agnoscunt Arabes. Suntque nomina deriuata alia Verbalia alia Nominalia etct.„ Ad confirmandam sententiam nostram conferri potest OPITIVS, qui de nominibus Syriacis, quae ratione speciei etiam diuiduntur, in *Syriasmo facilitati et integritati suae restituto* p. 42. scribit:

α) adiectiua pleraque cum participiis adiectiue acceptis *e*).

*Obs.* Huc referuntur numeralia, tam cardinalia quam ordinalia, quae in annotatione ad finem huius paragraphi adiicienda adducentur.

β) substantiua, significantia

1) *actorem.* Constituunt vero *actoris nomen* participia actiua, substantiue accepta *f*).

2) *actio-*

---

scribit: „Vtrumque nomen (tam *nudum* quam „*auctum*) est vel *Verbale*, quod a verbo descen„dit, vel *Nominale*, quod a nomine deriuatur. „Et *nominale* iterum quoad *speciem* est vel α) *de*„*nominatiuum*; quorsum pertinent 1) *Patrony*„*mica* et *Gentilia.* 2) *possessiua*, vel β) *diminuti*„*uum.*„

*e*) v.g. طَيِّبٌ bonus, a rad. طَابَ bonus fuit. نَزِهٌ, نَزُهٌ, et نَزِيهٌ sanctus, semotus, a rad. نَزُهَ purus fuit. زَمِعٌ, زَمِيعٌ, زَمُوعٌ strenuus, a rad. زَمَعَ properauit, نَاصِرٌ adiuuans a rad. نَصَرَ adiuuit.

*f*) v.g. فَاصِلٌ sector. مَالِكٌ dominator, rex. etct.

2) *actionem.* Efficit autem *actionis nomen* Infinitiuus, reliquorum nominum more casibus variabilis *g*).

*Obs.* Ad nomina actionis referenda sunt sic dicta *nomina vicis* et *specificationis.*

1) *nomen vicis*, quod actionem vnam et solitariam significat, ideoque adiectiuum وَاحِدَةٌ *vna* repudiat, ab infinitiuo non terminato ةٌ formatur assumto ةٌ *h*), et in prima quidem coniugatione trilitterorum perpe-

---

g) v. g. لَوْمٌ et لَوْمَةٌ reprehensio. قَعْطٌ et تَقْعِيطٌ arctatio. إِحْزَانٌ contristatio. إِسْتِخْرَاجٌ eductio. Ipsae formae reliquae Infinitiui, qui nihil aliud est quam nomen verbale aduerbiascens, quod elegantiae et significationis intendendae causa verbo apponitur, infra §. 41. II, 4. adducentur.

*h*) v. g. إِسْتِخْرَاجَةٌ vna sola eductio. إِحْزَانَةٌ vna sola contristatio, ab infinitiuis إِحْزَانًا, إِسْتِخْرَاجًا

perpetuo ad formam فَعْلَةٌ *i*). Infinitiuus vero terminatus ة non format nomen *vicis*, ſed ad vnitatem actionis ſignificandam adſumit adiectiuum mox nominatum وَاحِدَةٌ *k*).

2) *nomen ſpecificationis*, quod actionem generalem ſpecificat ſeu determinat, ſiue actionem excellentem denotat, ſimili prorſus modo ac *nomen vicis* formatur, et in quadrilitteris verbis et coniugationibus deriuatiuis ab eodem non differt, *l*) niſi quod in trilitterorum coniugatione prima ſit formae فِعْلَةٌ *m*).

3) *ko-*

---

*i*) v. g. ضَرْبَةٌ vna ſola verberatio, قَوْمَةٌ vna ſola ſtatio, ab infinitiuo ضَرْبًا, قَوْمًا.

*k*) v. g. إِقَامَةٌ وَاحِدَةٌ vna ſola conſtitutio.

*l*) v. g. هُوَ حَسَنُ ٱسْتِخْرَاجَةٍ ipſe bonus eſt in eductione.

*m*) هُوَ حَسَنُ ضِرْبَةٍ ipſe bonus eſt verberatione, ſiue excellit in verberatione vel qua verberationem.

3) *locum et tempus actionis.* Formatur autem eiusmodi *nomen circumstantiae loci et temporis* in prima trilitteri coniugatione, per م, pro praeformatiuo futuri actiui أيتن substitutum, ita vt vocalis penultimae fatha vel kesre maneat *n*), damma autem in ـَ conuertatur *o*). In quadrilitteris autem verbis et

---

*n*) v. g. مَكْتَبٌ locus et tempus scriptionis, a يَكْتُبُ scribet. مَضْرِبٌ locus et tempus verberationis, a يَضْرِبُ verberabit.

*o*) v. g. مَدْخَلٌ locus et tempus introitus, a يَدْخُلُ ingredietur. Decem tamen nomina sequentia excipiuntur مَجْزِرٌ locus iugulandi camelum, مَرْفِقٌ locus innitendi cubito, مَسْجِدٌ locus adorationis, مَسْقِطٌ locus casus, مَسْكِنٌ locus habitationis, مَشْرِقٌ locus ortus, siue Oriens, مَغْرِبٌ locus occasus,

et coniugationibus deriuatiuis omnibus, solum م pro praeformatiuo futuri ponitur, vt plane conueniat cum participio passiuo *p*).

*Obs.* 1. Si verbum est simile و, penultima per

---

sus, siue Occidens, مَفْرِق locus separationis capillorum, siue locus vbi via facit diuortium in aliasque diuiditur, مَنْبِت locus vbi crescunt herbae, مَنْسِك locus sacrificandi; quorum sextum octauum et nonum perpetuo in Kesre mutant Damma, reliqua promiscue Fatha vel Kesre possident. *Erpenius* duo alia adhuc addidit, nimirum مَطْلِع locus ascensus, et مَنْخِر locus spirationis, siue nares; sed in futuro, ex quo eadem formantur, propter litteram gutturalem Fatha potius vel etiam Kesre, non autem Damma, concipiendum est, ideoque etiam vtrumque exemplum regulariter cum Fatha scribitur.

*p*) v. g. مُنْقَطَع locus et tempus abscissionis. مُحْزَن locus et tempus contristationis. مُسْتَرَاح locus quietis.

perpetuo habet kesre, et و si abiectum est redit q). Sin autem verbum est defectiuum, penultima perpetuo fatha recipit r).

*Obs.* 2. Nomina locorum quandoque ة in fine assumunt, hac tum pro ـَ secundae radicalis nonnunquam damma vel etiam kesre substituitur s).

4. *instrumentum actionis.* Et formatur tale nomen

---

q) v.g. مَوْضِعٌ locus et tempus positionis, a يَضَعُ. مَوْجِهَةٌ locus et tempus eundi, a يَوْجِهُ.

r) v.g. مَدْعَي (pro مَدْعَيٌ §. 20, 2. *a.*) locus et tempus vocationis, a يَدْعُو. مَرْمَي locus et tempus proiectionis, a يَرْمِي.

s) v.g. مَشْرُقَةٌ locus ortus, siue oriens, a يَشْرُقُ. مَظِنَّةٌ locus existimationis, a يَظُنُّ. مَقْبُرَةٌ et مَقْبِرَةٌ locus sepulturae, a يَقْبُرُ.

*nomen instrumenti* iterum per praepositum م sed kesratum, ad formam مِفْعَالٌ vel مِفْعَلٌ aut مِفْعَلَةٌ raro مُفْعُلٌ *t*).

ב) ad *nomina nominalia* sunt referenda

1) *possessiuum*, quod est adiectiuum possessionem denotans, et formatur a quouis substantiuo adiectione يٌّ *v*).

2) *gen-*

---

*t*) v. g. مِصْعَدٌ instrumentum quo ascenditur, siue scala, a صَعِدَ ascendit. مِفْتَاحٌ instrumentum quo aliquid aperitur, siue clauis, a فَتَحَ aperuit. مِدَقٌّ, مِدَقَّةٌ et interdum مُدُقٌّ instrumentum quo contunduntur vestes, a دَقَّ contudit.

*v*) v. g. إِنْسَانِيٌّ humanus, ab إِنْسَانٌ homo. إِلَهِيٌّ diuinus, ab إِلَهٌ deus. أُرْجُوَانِيٌّ purpureus, ab أُرْجُوَانٌ purpura. Apud Syros eiusmodi nomina deriuatiua vocantur ad-

iecti-

2) *gentile*, quod eiusdem cum praecedente possessiuo est terminationis, et ex propriis regionum nominibus formatur *w*).

*Obs.* Vtrobique per hanc terminationem non solum ة et ي femininum, sed etiam ـيّة
4 expellitur; in possessiuis tamen ي interdum in و mutatur *x*).

3) *diminutiuum*, quod diminutionem primitiui sui significat, et in trilitteris est for-

 mae

---

iectiua denominatiua, etiamque formantur addendo ـا، ـنا vel ـشنا conf. DANZII Syriasmus §. 48, 2. OPITII Syriasmus Cap. II. Reg. XIX. M. I. p. 42.

*w*) v. g. أرخيّ Orechita, ab أرخ. مصريّ Ægyptius et Ægyptiacus, a مصر Ægyptus.

*x*) v. g. افريقيّ Africanus et Afer, ab افريقيّة Africa. حبليّ et حبلويّ ad grauidam pertinens, a حبلى grauida mulier.

mae قُصَيْر *y*), in quatrilitteris autem قُمَيْطِر *z*).

4) *augmentatiuum*, quod significationem primitiui sui intendit, estque participiale vt plurimum, sub formis قَصُول ,قِصَل, قَصَّال ,مِقْصَال et قَصِير *a*).

5) *Locale*, quod locum sui primitiui denotat, et vel collectiuum vel singulare est.

*a*) *collectiuum*, quod significat locum in quo

---

*y*) v.g. عُبَيْد seruulus, ab عَبْد seruus. طُوَيْس pauo paruus, a طَاوُوس pauo.

*z*) v.g. جُعَيْفِر riuulus, a جَعْفَر riuus. عُصَيْفِير passerculus, ab عُصْفُور passer.

*a*) v.g. ضَرَّاب ضَرُوب ,ضَرِب ,مِضْرَاب et ضَرِيب saepe et vehementer siue bene verberans, vel vehemens verberator. شَفَّاف valde tenuis, a شَفّ tenuis.

quo res copiosae sunt et abundantes, est formae مَفْعَلَةٌ *b*).

*β*) *singulare*, quod significat locum in quo res aliqua reponitur, est eiusdem formae cum verbali nomine instrumenti, (vide א, 4. p. 66.), id est مِفْعَالٌ, مِفْعَلٌ, aut مِفْعَلَةٌ *c*).

## ANNOTATIO.

Numeralia, adiectiuis adnumeranda, quae supra promisimus, sunt

I) cardinalia

| masc. | | femin. | |
|---|---|---|---|
| أَحَدٌ vel وَاحِدٌ | vnus. | إِحْدَى vel وَاحِدَةٌ | vna. |
| إِثْنَانِ | duo | إِثْنَتَانِ | duae. |
| ثَلَاثٌ | tres | ثَلَاثَةٌ | |

E 3 qua-

*b*) v. g. مَأْسَدَةٌ locus leonibus refertus, ab أَسَدٌ leo.

*c*) v. g. مِقْلَمٌ calamarium, a قَلَمٌ calamus.

| maſc. | | femin. |
|---|---|---|
| أَرْبَعٌ | quatuor | أَرْبَعَةٌ |
| خَمْسٌ | quinque | خَمْسَةٌ |
| سِتٌّ | ſex | سِتَّةٌ |
| سَبْعٌ | ſeptem | سَبْعَةٌ |
| ثَمَانٍ | octo | ثَمَانِيَةٌ |
| تِسْعٌ | nouem | تِسْعَةٌ |
| عَشْرٌ | decem | عَشْرَةٌ |

عِشْرُونَ viginti, ثَلَاثُونَ triginta, أَرْبَعُونَ quadraginta etct. مِائَةٌ centum, مِائَتَانِ ducenti, أَلْفٌ mille, أَلْفَانِ bis mille, ſiue duo millia.

*Not.* Quomodo reliqua numeralia diuerſarum

---

mus. مَبْوَلٌ et مِبْوَالٌ vrinarium, a بَوْلٌ vrina. مِئْبَرٌ et مِئْبَرَةٌ theca in qua aſſeruatur acus, ab إِبْرَةٌ acus.

rum ſpecierum ex his componantur, vide infra §. 63. III.

II) Ordinalia

أَوَّلٌ primus. أُولَي prima.

ثَانٍ ſecundus. ثَانِيَةٌ ſecunda.

ثَالِثٌ tertius. ثَالِثَةٌ tertia.

رَابِعٌ quartus. رَابِعَةٌ quarta.

Sic خَامِسٌ quintus, سَادِسٌ ſextus, سَابِعٌ ſeptimus, ثَامِنٌ octauus, تَاسِعٌ nonus, عَاشِرٌ decimus, quorum femininum ſimiliter addit litteram ة v. g. عَاشِرَةٌ decima. Reliqua ſunt communia et aptota, vt cardinalia. v. g. عِشْرُونَ vigeſimus, et vigeſima, ثَلَاثُونَ trigeſimus, a. etct.

*Nota.* Caetera ex his componuntur, eodem fere modo vt cardinalia. v. g. حَادِي عَشَرَ vndecimus, حَادِيَةَ عَشْرَةَ vndecima.

decima. ثَانِي عَشَرَ duodecimus, ثَانِيَةَ عَشْرَةَ duodecima. ثَالِثَ عَشَرَ decimus tertius, ثَالِثَةَ عَشْرَةَ decima tertia. etct. it. حَادِي وَعِشْرُونَ vigesimus primus, حَادِيَةٌ وَعِشْرُونَ vigesima prima. etct.

§. 31.

Genus est vel *masculinum*, vel *femininum*, vel *commune*. Dignosciturque femininum a masculino

I) *Significatione*. Feminina nimirum sunt nomina mulierum, et quae mulieribus tantum conueniunt, regionum et vrbium, ac geminatorum membrorum *d*).

II) *Terminatione* vero feminina sunt quae in

---

*d*) v. g. مَرْيَمُ Maria. عَرُوبٌ mulier amans maritum suum. مِصْرُ Ægyptus. مَكَّةُ Mecca. عَيْنٌ oculus.

in ةٌ — *e*) آءٌ — *f*), et يٌ — *g*), afformatiua desinunt. Caetera sunt masculina *h*).

Exc. 1. Feminina sunt

*α*) perpetuo, sequentia أَرْضٌ terra, خَمْرٌ vinum, بِئْرٌ puteus, نَارٌ ignis, رِيحٌ ventus, نَفْسٌ anima, شَمْسٌ sol. etc.

*β*) feminina frequentius quam masculina sunt litterarum nomina. أَلِفٌ Elif, بَآءٌ Be, تَآءٌ Te. etct.

2) Communia vero censentur adiectiua formarum quinque sequentium 1) فَعُولٌ acti-



---

*e*) v. g. جَنَّةٌ hortus. ظُلْمَةٌ tenebrae.

*f*) v.g. كِبْرِيَآءٌ superbia. مَشْيُوخَآءٌ multitudo senum.

*g*) v.g. ذِكْرَي recordatio. حُمَّي febris. حُسْنَي paradisus.

*h*) v. g. بَيْتٌ domus. خَلَدٌ animus. مُخْلَقٌ trita vestis.

2) مِقْصَلٌ 3) مِقْصَالٌ 4) مِقْصِيلٌ active sumtarum *i*) et 5) قَصِيلٌ passive sumtae *k*). Quae tamen formae interdum etiam ة assumunt *l*), et ultima quidem perpetuo cum substantive usurpatur *m*).

3) Paucissima in ة terminata sunt masculina, ut خَلِيفَةٌ summus imperator. عَلَّامَةٌ vir valde doctus.

§. 32.

---

*i*) v.g. صَبُورٌ patiens hic et haec. مِعْطَارٌ condiens aromatibus. مِسْكِينٌ pauper. مِغْشَمٌ hic temerarius, haec temeraria.

*k*) v.g. قَتِيلٌ hic occisus, et haec occisa.

*l*) v. g. مِسْكِينٌ pauper, in feminino مِسْكِينَةٌ.

*m*) v. g. قَتِيلَةٌ ea quae occisa est, ex قَتِيلٌ occisus.

§. 32.

Motio nominis fit, quando masculino ad femininum constituendum additur

1) ةَ. Quod non solum in adiectiuis et participiis *n*), sed etiam in substantiuis quibusdam masculinis res potissimum sexum habentes significantibus *o*), fieri solet.

*Obs.* Terminatio haec feminina ةَ substantiuis masculinis res habentes partes homogeneas significantibus addita partem aliquam illarum denotat *p*).

2)

---

*n*) v. g. ex كَبِيرٌ magnus, fit كَبِيرَةٌ magna. it. ex صَغِيرٌ fit صَغِيرَةٌ parua. ex نَاصِرٌ adiuuans, in femin. est نَاصِرَةٌ.

*o*) v. g. رَجُلٌ vir, in femin. رَجُلَةٌ mulier. جَدٌّ auus, جَدَّةٌ auia.

*p*) v. g. ex masculino تِبْنٌ stramen, fit تِبْنَةٌ particula straminis. it. ex ذَهَبٌ aurum ذَهَبَةٌ particula auri siue massa auri.

2) ـَـاءُ. Per quam terminationem adiectiua positiua formae أَقْصَلُ ex masculino formant femininum, ita vt abiecto ا praeformatiuo eius vocalis primae radicali cum secunda per Gjesma in vnam syllabam combinandae adiiciatur *q*).

3) ـَى. Quod in comparatiuis et superlatiuis, nec non adiectiuis quibusdam formae قَصِيلٌ fieri solet, ita vt abiecto ibi ا praeformatiuo *r*) hic vero ى mediano

---

*q*) v. g. أَصْفَرُ flauus, in femin. صَفْرَآءُ flaua. أَهْدَبُ longa habens cilia, in feminino هَدْبَآءُ.

*r*) v. g. أَكْبَرُ maior vel maximus, in femin. كُبْرَى maior vel maxima. أَطْوَلُ longior vel longissimus, in femin. طُولَى longior vel longissima. Et huc quoque pertinent أَوَّلُ primus, in femin. أُولَى prima, itemque آخَرُ alius, in fem. أُخْرَى alia. Sed أَحَدٌ *vnus* habet إِحْدَى *vna*.

s) duae primae radicales in vnam syllabam per *damma* combinentur.

*Obs.* Eandem terminationem ـَى adsciscunt etiam adiectiua quaedam formae فَعْلَانُ. *t*).

§. 33.

Circa declinationem nominum tam numerus, quam casus eorum, obseruari debent

A) Numerus est triplex, singularis, dualis, et pluralis *v*).

I) Solet autem fieri numerus

1) pluralis perfectus siue sanus *w*)

*a*) ex

---

*s*) v. g. ex سَكِيرٌ ebrius, fit سُكْرَى ebria.

*t*) v. g. ex غَضْبَانُ iratus, fit غَضْبَى irata.

*v*) Singularis Arabibus dicitur مُفْرَدٌ, dualis مُثَنَّى, pluralis جَمْعٌ, quorum hic a radice جَمَعَ collegit, coniunxit; ille a ثَنَّى duplicauit, iterauit; iste a فَرَدَ solus, separatus fuit.

*w*) Arabice vocatur صَحِيحٌ a radice sanus,

*α*) ex masculinis, addendo وَن (— *x*).

*β*) e femininis vero, adiecto اتٌ (— *y*).

2) Dualis autem singulari vbiuis adponit اِن (— *z*).

II) 8

---

8 صَحَّ sanus, integer fuit; siue سَلِيمٌ a radice سَلِمَ incolumis, perfectus fuit. E contrario pluralis imperfectus, de quo membro VI. agitur, مُكَسَّرٌ fractus, a rad. كَسَرَ fregit, et مُغَتَّلٌ contortus, a radice فَتَلَ torsit *funem*, cognominatur.

*x*) v.g. ex نَاصِرٌ adiuuans, fit نَاصِرُونَ, ex نَبِيٌّ propheta, fit نَبِيُّونَ.

*y*) v. g. ex مَرْيَمُ Maria, fit مَرْيَمَاتٌ. ex نَاصِرَةٌ adiuuans, fit نَاصِرَاتٌ. ex نَبِيَّةٌ propheriffa, fit نَبِيَّاتٌ.

*z*) v. g. نَاصِرٌ in duali نَاصِرَانِ duo adiuuantes. ex رَجُلٌ vir, fit in duali رَجُلَانِ.

II) ة seruile femininum 1) ante terminationem pluralem abiicitur *a*).

2) ante dualem vero mutatur in ت *b*).

Et de duali amplius obseruandum est, quod ille

*α*) و et ي post ـَ quiescentes reddat mobiles *c*).

*β*) *Elif* seruile conuertat in و *d*), sed radicale seruet *e*), nisi ponatur pro و et ي. Tunc enim vel libere illud seruat, vel in و mutat *f*).

III) ي

---

*a*) vide exempla sub litt. y.

*b*) مَدِينَةٌ ciuitas, in duali مَدِينَتَانِ.

*c*) v. g. عَصًا fustes; عَصَوَانِ duo fustes. فَتًى puer, فَتَيَانِ duo pueri.

*d*) v. g. ex صَفْرَآءُ flaua, dualis fit صَفْرَاوَانِ duae flauae.

*e*) v. g. جُزْءٌ pars, in duali جُزْءَانِ duae partes.

*f*) v. g. رِدَآءٌ vestis, in duali رِدَاءَانِ et رِدَاوَانِ duae vestes.

III) ي vltimum maſculinorum terminatione plurali accedente

1) in ـِ quieſcens excidit vna cum Keſre praecedente *g*). (coll. §. 18. I, 1. β).

2) poſt ـَ quieſcens amittitur, manente in eius indicium Fatha, cum qua و plurale diphtongeſcit *h*). (coll. §. 18. I, 1. *a*.

IV) Feminina ſubſtantiua, ſiue nuda ſiue per ة aucta, quorum media radicalis Gjeſma habet, in plurali pro Gjeſma ſecundae radicali adiiciunt talem vocalem, qualem poſſidet prima radicalis *i*). Quodſi tamen in eiusmodi

---

*g*) v.g. ex أَلْقَاضِي iudex, fit أَلْقَاضُونَ indices.

*h*) v. g. ex مُوسَي Moſes, fit مُوسَوْنَ.

*i*) v. g. ex دَعْد Dado, (nomen mulieris) pluralis fit دَعَدَات: قَصْعَة ſcutella, in plural. قَصَعَات. 2) ex هِنْد Hinda, nomen mulieris, pluralis fit هِنِدَات. سِدْرَة totus arbor, in plurali سِدِرَات. 3) ex جُمْرَة Gjumra (nomen mulieris), pluralis fit جُمُرَات. خُلْبَة venus, in plurali خُلُبَات.

modi nominibus prima radicalis habet Damma vel Kesre, Gjesma secundae etiam retineri, vel in Fatha mutari potest *k*).

V) Irregulariter pluralem formare, siue aliunde eundem mutuari censentur sequentia 1) أُمٌّ mater, in plural. أُمَّهَاتٌ quasi ab أُمَّهَةٌ. 2) اِمْرَأَةٌ mulier, in plur. نِسْوَةٌ, نِسَآءٌ, et نِسْوَانٌ. 3) عُثَانٌ fumus, in plur. عَوَاثِنُ vt ab عَاثِنٌ. 4) فَمٌ os, in plur. أَفْوَاهٌ a فَوْهٌ. 5) مَآءٌ aqua, in plural. أَمْوَاهٌ et مِيَاهٌ, vt a مَاهٌ. 6) اِنْسَانٌ homo, in plural. أَنَاسٌ et نَاسٌ, ab اِنْسِيٌّ ي ob frequentem vsum excidente, pro أَنَاسِيُّ. Et sic pauca alia.

VI) Plu-

---

*k*) v.g. ex جُمْرٌ pluralis etiam fit جُمُرَاتٌ et جُمَرَاتٌ. it. ex سِدْرَةٌ pluralis quoque fit سِدَرَاتٌ et سِدِرَاتٌ.

VI) Pluralis fractus seu imperfectus varias habet formas, *l*).

א) ex trilitteris eorumque femininis ortas

1) فُعَلٌ *m*) a singulari فُعْلَةٌ et فُعْلَى, raro a فَعْلَةٌ et فِعْلَةٌ.

2) فُعُلٌ *n*) a substantiuis quatuor litterarum, quarum penultima quidem quiescens, vltima tamen non و vel ي fuerit.

3)

---

*l*) Sicut pluralem sanum formant potissimum nomina propria rationalium et adiectiua femininum formantia adiecto ة, cum de rationalibus praedicantur; ita pluralis fractus fit a plerisque singularibus tam rationalibus i. e. quae de re rationali praedicantur, quam irrationalibus.

*m*) v. g. نُسَخٌ a singulari نُسْخَةٌ exemplar et archetypum. كُبَرٌ a singulari كُبْرَى maxima. نُغَبٌ a sing. نُغْبَةٌ haustus. لُحًى a sing. لِحْيَةٌ barba.

*n*) v. g. دُسُرٌ a sing. دِسَارٌ clauus. قُشُشٌ a sing.

3) قُصْلٌ o) ab adiectiuis formae أَقْصَلُ eorumque femininis قَصْلَاءُ.

4) قِصَلٌ p) a singulari قِصْلَةٌ.

5) قِصَالٌ a singularibus

α) قَصْلٌ, قِصْلٌ et قُصْلٌ. q).

 β)

---

a sing. نَشَاصٌ nubes alta. نُضُحٌ a sing. نَضِيحٌ aquatorius lacus.

o) v. g. رُمْسٌ a singul. أَرْمَسُ et femin. رَمْسَاءُ talos cubitosue carne opertos habens حُمْرٌ a sing. أَحْمَرُ et femin. حَمْرَاءُ ruber, rubra. Sic etiam حُسْرٌ a singulari حَسْرَاءُ nauis.

p) v. g. نِغَعٌ a singul. نِغْعَةٌ assumentum ex corio quod vtrinque perae viatoriae lateri assuitur, حِجَجٌ a singulari حِجَّةٌ annus.

q) v. g. ضِبَاعٌ a singul. ضَبُعٌ Hyaena. a sing.

i β) قَصْلٌ et قَصْلَةٌ r).

γ) Subſtantiuis قَصَلٌ et قَصَلَةٌ s) non habentibus tertiam radicalem ſecundae ſimilem, aut و vel ي.

δ) adiectiuis قَصِيلٌ et قَصِيلَةٌ t) non tamen participiis huius formae paſſiue ſumtis.

ε) ad-

---

r) رِمَاحٌ a ſing. رُمْحٌ haſta, lancea. رِيَاحٌ a ſing. رِيحٌ ventus. Sic etiam ex قُصْلَةٌ v. g. نِطَافٌ ex نُطْفَةٌ vitium.

s) v. g. نِصَالٌ ex نَصْلٌ cuſpis, ſpiculum. قِصَاعٌ ex قَصْعَةٌ ſcutella.

s) v. g. ضِخَامٌ a ſing. ضَخْمٌ craſſus corpore. رِقَابٌ a ſing. رَقَبَةٌ collum.

t) v. g. شِرَافٌ a ſingulari شَرِيفٌ et nobilis

s) adiectiuis قَصْلَانٌ et قَصْلَانَةٌ u).

t) adiectiuis قُصْلَانٌ et قُصْلَانَةٌ v).

6) قُصُولٌ w) a قَصْلٌ, قَصْلٌ, قُصْلٌ,

قِصْلٌ, قَصَلٌ, et interdum quoque a

قَاصِلٌ.

F 3

---

t) شَرِيكَةٌ nobilis. دِرَانٌ a singulari دَرِينٌ trita vestis.

u) v. g. نِدَامٌ a sing. نَدْمَانٌ et نَدْمَانَةٌ poenitens.

v) v. g. خِمَاصٌ a sing. خُمْصَانٌ et خُمْصَانَةٌ esuriens.

w) v. g. نُطُوعٌ a singul. نِطْعٌ, نِطَعٌ, نَطْعٌ, et نَطَعٌ stratum. جُنُودٌ a sing. جُنْدٌ exercitus. ضُرُوسٌ a sing. ضِرْسٌ dens. ضُحُولٌ a sing.

7) قُصَّرٌ x) ab adiectiuo قَاصِرٌ et قَاصِرَةٌ, cuius vltima radicalis non est و vel ي. Sed differentiae caussa masculinum interdum assumit ا ante vltimam radicalem.

8) قُصَلَةٌ y) ab adiectiuo rationali formae قَاصِلٌ non habentis vltimam و vel ي.

9) ——————

a sing. ضَحْلٌ aqua minus profunda. أُسُودٌ a sing. أَسَدٌ كُبُودٌ a sing. كَبِدٌ iecur. شُهُودٌ a sing. شَاهِدٌ testis.

x) v.g. نُشَّغٌ in os suggerentes mascul. et fem. a singulari نَاشِغٌ et نَاشِغَةٌ. Sed نُصَّحٌ et نُصَّاحٌ monitores, amici, a singul. نَاصِحٌ.

y) v. g. وَرَثَةٌ a sing. وَارِثٌ haereditans.

9) قُصَلَةٌ *z*) ab adiectiuo rationali formae قَاصِلٌ quiescentis vltima (vbi vltima radicalis in ا quiescens conuertitur §. 18. II, 1.).

10) قِصَلَةٌ *a*) a substantiuo قُصْلٌ, et a paucis formae قَصْلٌ et قِصْلٌ.

11) قِصَلَةٌ *b*) a nominibus قَصْلٌ, قُصْلٌ, قَصَلٌ, قَصَالٌ, قُصَالٌ et قُصِيلٌ.



*z*) v. g. قُبَاةٌ a sing. قَابٍ exeauans. قُمَاةٌ a sing. قَامٍ stans.

*a*) v. g. كِوَزَةٌ a sing. كُوزٌ vrceus. زِوَجَةٌ a singul. زَوْجٌ. قِرَدَةٌ a singulari قِرْدٌ simia.

*b*) v. g. شِيَخَةٌ a singul. شَيْخٌ senex. غِزَلَةٌ a singul. غَزَالٌ dorcas. etct.

12) أَفْعُلٌ a ſubſtantiuo فَعْلٌ non habente mediam و vel ي *c*), et a ſubſtantiuis femininis quae non terminantur ة feminino, et quatuor conſtant litteris quarum penultima eſt اوي quieſcens *d*).

13) أَفْعَالٌ a ſubſtantiuis trium litterarum cuiusuis formae *e*) (praeter فَعْلٌ non haben-

---

*c*) v. g. أَنْصُلٌ cuſpides, ſpicula, a ſingul. نَصْلٌ. it. ex ſingulari ثَدْيٌ mamma fit أَثْدٍ, ita vt ي exciderit. أَضُبٌّ flores palmae, a ſing. ضَبٌّ.

*d*) v. g. أَذْرُعٌ a ſingul. ذِرَاعٌ brachium. أَيْمُنٌ a ſing. يَمِينٌ iuramentum.

*e*) v. g. أَنْسَابٌ origines, a ſing. نَسَبٌ. أَنْصَابٌ idola, ſtatuae, a ſingul. نُصُبٌ. أَكْتَافٌ a ſing. كَتِفٌ humerus. أَعْيَانٌ a ſingul. عَيْنٌ oculus. Sic etiam a ſingul. *dies*

habentis mediam و vel ي aut ultimam penultimae similem).

14) أَفْعِلَةٌ f) a substantiuis masculinis multis, quatuor constantibus litteris, quarum penultima est اوي quiescens.

F 5 15)

---

يَوْمٌ *dies* oritur أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ §. 18. I, 2. et ex sing. خِثْيٌ *fimus bouis* أَخْثَاءٌ coll. §. 18. II, 1. et 2. Itemque ex اِبْنٌ filius, اِسْمٌ nomen, pluralis est أَبْنَاءٌ et أَسْمَاءٌ, in quibus vltima radicalis, quae in singulari exciderat, redit ac in Hamsa mutatur §. 18. II, 2.

f) v. g. أَنْغِرَةٌ scrobes, vel foveae in terra, a singul. نَغِيرٌ. آلِهَةٌ pro أَأْلِهَةٌ §. 21. II, 1. a singulari إِلَٰهٌ pro إِلَاهٌ deus. Et sic quoque perpetuo ferme surda et quiescentia ل, formae فِعَالٌ et فُعَالٌ, v. g. بَتَاتٌ supel-

15) قَوَاصِرُ g). a ſingulari قَاصَرٌ, et ab adiectiuo قَاصِرٌ eiusque feminino قَاصِلَةٌ.

16) قَصَايِرُ h) a femininis formarum harum

---

ſupellex, in plural. أَبْنِيَّةٌ. قَبَاءٌ tunica, in plural. أَقْبِيَةٌ. collat. §. 21. I, 1. γ. 2.

g) v. g. طَوَابِقُ a ſingul. طَابَقٌ ſartago. نَوَاطِحُ aduerſa, a ſingul. نَاطِحٌ. ضَوَاحِكُ conſpicui inter ridendum dentes, a ſingul. ضَاحِكَةٌ. it. ضَوَارِبُ verberantes maſc. et femin. a ſingulari ضَارِبٌ verberans maſc. et ضَارِبَةٌ verberans femin.

h) v. g. رَسَايِلُ epiſtolae, a ſingul. رَسُولٌ et

rum قِضَالٌ قُضَالٌ قُضُولٌ قُضِيلٌ قَضَالٌ aliarumque quinque exinde addita terminatione ـَة ortarum قَضِيلَةٌ قَضَالَةٌ قِضَالَةٌ قُضَالَةٌ قُضُولَةٌ.

17) قِضْلَانٌ i) a ſingulari قُضَالٌ et قُضْلٌ, et ſaepe etiam a concauis و formarum قُضْلٌ et قَضْلٌ.

18)

---

et رِسَالَةٌ. أَصَائِلُ a ſingul. أَصِيلٌ et أَصِيلَةٌ tempus veſpertinum. سَبَائِكُ a ſingul. سَبِيكٌ et سَبِيكَةٌ ſegmentum craſſius auri vel argenti.

i) v. g. غِلْمَانٌ a ſing. غُلَامٌ puer, حِيتَانٌ a ſing. حُوتٌ piſcis. Et ſic etiam فِتْيَانٌ iuuenes a ſing. فَتًى.

18) قُصْلَانٌ *k*) a substantiuis قَصْلٌ, قَعَلٌ, et قَصِيلٌ, quorum media radicalis non est و vel ي, et interdum quoque a singulari قُصْلٌ.

19) قُصَلَاءُ *l*) ab adiectiuo rationali formae قَصِيلٌ, cuius tertia radicalis non est secundae similis, aut و vel ي.

20)

---

*k*) v. g. سُقْفَانٌ a sing. سَقْفٌ tectum. بُلْدَانٌ a sing. بَلَدٌ regio, prouincia. رُغْفَانٌ a sing. رَغِيفٌ libum, siue panis rotunda ac depressiore forma. it. فُرْقَانٌ a sing. فَرْقٌ quod discernit verum a falso.

*l*) v. g. ضُرَبَاءُ a singul. ضَرِيبٌ iaciens sagittas aleatorias. نُصَرَاءُ a sing. نَصِيرٌ adiuuans. نُظَرَاءُ a singul. نَظِيرٌ similis, aequalis.

20) أَفْعِلَاءُ *m*) ab adiectiuo rationali formae فَعِيلٌ cuius tertia radicalis est secundae similis, aut و vel ي itemque in perfectis paucis rarius.

21) فَعْلَى *n*) ab adiectiuis formae فَعِيل et interdum quoque فَاعِلٌ vel فَعِلٌ significantibus dolorem aut destructionem.

22)

---

*m*) v. g. أَحِبَّاءُ pro أَحْبِبَاءُ a singul. حَبِيبٌ dilectus. أَوْلِيَاءُ a singul. وَلِيٌّ amicus. it. أَنْصِبَاءُ a singul. نَصِيبٌ erectus.

*n*) v. g. جَرْحَى a singul. جَرِيحٌ vulneratus. هَلْكَى a singul. هَالِكٌ periens.

22) قَصَالِي o) a singulari قَصْلَاءُ.

Quibus ab ERPENIO recensitis et a REIMIO repetitis WASMVTHVS, OTHO, aliique addunt

23) قُصُلٌ p) a singulari قَاصِلٌ.

24) قَصَلٌ q) a singulari قَصِلٌ.

25)

---

o) v. g. صَحَارِي a singul. صَحْرَاءُ ager. Et sic quoque. نَعَافِي a singul. نُعْفِيٌّ res mensae similis, super qua cribatur polenta.

p) v. g. بُسْلٌ a singul. بَاسِلٌ illicitum, prohibitum, nefas. Et sic quoque نَشْفٌ a singul. نَشْفَةٌ lapis niger et velut adustus.

q) v. g. نَغَلٌ lapides, a singul. نَغِلٌ. نَعَمٌ oues, pecora quae pascuntur, a singul. نَعِمٌ. Et sic quoque نَطَفٌ a singul. نَطَفَةٌ inauris, margarita. نَمِرٌ maculosae maculis distinctae nubes, a sing. نَمِرَةٌ ex mascul. نَمِرٌ.

25) قِصَالٌ r) a singularibus quibusdam formae قَصِيلٌ et قَصَلَةٌ.

26) قِصَالَةٌ s) a substantiuis formae قَصْلٌ et paucis formae قَصْلٌ et قِصْلٌ.

*Obs.* Aliae adhuc pluralium formae adduci possent t), sed eaedem ex vsu potius et dictionariis discendae quam regulis monente CLODIO p. 10. includendae sunt. Sicut vsus quoque docebit, quod quaedam harum formarum ab aliis etiam singularibus trilitteris et nudis aut femininis eorum veniant, quodque etiam singularia nonnulla formas pluralis diuersas v) agnos-

r) v. g. نِفَاقٌ expensae, a singul. نَفَقَةٌ.

s) v. g. نِمَارَةٌ pardi, a singul. نَمِرٌ.

t) v. g. قُصَالٌ, vt بَرَرَةٌ a singul. بَارٌّ sanctus. it. قَصَالٌ, vt ضَبَابٌ a singul. ضَبَابَةٌ nebula. etct.

v) v. g. a singulari رَغِيفٌ libum, fit in plurali

agnoſcant. GOLIVS in Lexico Arab. pleraſque notauit.

ב) Quadrilittera autem nuda omnia, et aucta pleraque, cum femininis ſuis formant Plurale fractum aſſumto ا quieſcente poſt ſecundam litteram, quae vna cum prima ـَ poſſidet, ſicut tertia ـِ, vt prodeat forma قَمَاطِرُ (vel قَمَاطِيرُ w).

*Obſ.* I. ة finale femininum ſingul. ſi quod adſit, plerumque excidit x).

*Obſ.* 2.

---

plurali رُغُفٌ, رُغْفَانٌ, أَرْغِفَةٌ et تَرَاغِيفُ. it. a ſingulari ضَحْلٌ aqua pauca, fit in plurali ضُحُولٌ, ضِحَالٌ et أَضْحَالٌ. it. a ſingulari نِقْسٌ atramentum, plural. أَنْقُسٌ et أَنْقَاسٌ et cet.

w) v. g. مَنَاقِرُ a ſingul. مِنْقَرٌ linter. مَدَاخِلُ a ſing. مَدْخَلٌ veſtibulum.

x) v. g. مَنَاظِرُ a ſingul. مَنْظَرَةٌ ſpecula.

*Obſ.* 2. Litterae quieſcentes أوي vltimam radicalem praecedentes plerumque manent, ita, vt ا et و ob Keſre praecedens in ي mutetur *y*). Interdum tamen haec littera etiam excidit, adſumto in eius complementum ة finali *z*), quod et alias interdum accedit *a*).

*Obſ.* 3.

---

la. it. مُنَاطِقُ a ſingulari مِنْطَقٌ et مِنْطَقَةٌ cingulum.

*y*) v. g. مُنَاسِبُ a ſingul. مَنْسُوبٌ amatorium carmen. قَنَادِيلُ a ſingul. قِنْدِيلٌ lampas. سَلَاطِينُ a ſing. سُلْطَانٌ princeps. it. أَضَابِيرُ a ſing. إِضْبَارَةٌ faſciculus.

*z*) v. g. a ſing. إِبْلِيسٌ diabolus, fit plural. أَبَالِيسُ et أَبَالِسَةٌ. a ſingul. diſci-

*Obſ.* 3. Hanc etiam pluralis formam adſciſcunt adiectiua formae أَفْعَلُ tam abſoluta, quam comparatiua et ſuperlatiua *b*), nec non pluralia quaedam aucta trilitterorum *c*), ex quibus ad copiam ſermonis

---

تَلْمِيذٌ diſcipulus, plural. تَلَامِيذُ et تَلَامِذَةٌ.

*a*) v. g. ſingul. أُسْقُفٌ epiſcopus, plural. أَسَاقِفُ et أَسَاقِفَةٌ.

*b*) v.g. a ſingul. أَسْوَدُ niger, fit plural. أَسَاوِدُ. it. a ſingul. أَكْبَرُ maior, maximus, fit plural. أَكَابِرُ.

*c*) v.g. ظُفْرٌ vnguis, in plural. habet أَظْفَارٌ, et exinde formatur ſecundum plurale أَظَافِيرُ. Et ſic quoque a سِوَارٌ armilla, fit أَسْوِرَةٌ, et ab hoc porro أَسَاوِرُ.

monis interdum nouum aliud plurale fractum formatur.

*Obs.* 4. Ad hanc pluralis quadrilitterorum formam secundum quosdam commode etiam possunt referri Formae XV. et XVI. trilitterorum supra adductae.

*Obs.* 5. pro ـَـ vltimam quiescibilem praecedente quandoque ـَـ substituitur *d*).

ג) Quinque vel plurium litterarum singularia, non adnumeratis ة et quiescentibus اوي, eandem quadrilitterorum formam adsumunt, sed abiecta tamen littera vna vel pluribus *e*). Vbi praeterea notandum

1) nuda pentagrammata abiiciunt vltimam radicalem, et interdum quoque penultimam



*d*) v. g. عَذَارَى pro عَذَارِي a singul. عَذْرَى virgo. Et sic quoque ضَحَايَا pro ضَحَايِي §. 20, 2. *a*. obs. a singul. ضَحِيَّةٌ sacrificium, hostia.

*e*) v. g. سَفَرْجَلٌ cydonium malum, plural. سَفَارِجُ. it. عَنْكَبُوتٌ aranea; in plural. عَنَاكِبُ [illegible]

mam manente vltima *f*); nisi penultima sit و vel ي diphtongescens cum Fatha, tunc enim vtraque, vltima scilicet et penultima, manet, sed و ob Kesre praecedens in ي mutatur *g*).

2) aucta vero abiiciunt seruiles *h*), praeter م quando cum ن aut ست seruit *i*).

B) Casus in lingua Arabica non solis particulis vt apud Ebraeos, Chaldaeos, et Syros,

---

*f*) v. g. خُزْرُنْقٌ aranea, in plural. خُزَارِقُ

it. قُرْزُنَقٌ mica, in plur. habet قَرَازِنُ et قَرَازِقُ.

*g*) v. g. قُرْعُونٌ crocodilus, in plurali قَرَاعِينُ.

*h*) مُدْحَرَجٌ locus volutationis, in plural. دَحَارِجُ.

*i*) مُنْطَلِقٌ solutus, in plural. مَطَالِقُ.

it. مُسْتَخْرِجٌ eductor, in plural. مَخَارِجُ.

ros, ſed ipſa terminatione differunt; ſuntque actu tres, *Nominatiuus*, *Genitiuus*, ſub quo Datiuus noſter et Ablatiuus latent, et *Accuſatiuus k*). Interdum tamen obliqui vna terminatione comprehenduntur. Sunt igitur ratione caſuum nomina

I) alia *Triptota*, in quibus caſus iſti tres tribus diſtinctis terminationibus diſcernuntur *l*), ita vt



---

*k*) Termini technici Arabum Grammaticorum a terminatione cuilibet caſui propria ſunt deſumti. Nominatiuus nimirum vocatur *Rafeus* رَفْعٌ eleuatio, it. vocalis Damma in fine dictionis, a radice رَفَعَ eleuauit, it. vocali Damma affecit finalem litteram; Genitiuus *Gjarrus* جَرٌّ contractio, it. vocalis Keſre in fine dictionis, a radice جَرَّ traxit, contraxit, it. vocali Keſre affecit finalem litteram; Accuſatiuus *Naſbus* نَصْبٌ erectio, it. vocalis Fatha, ſpeciatim iterum in fine vocis, a radice نَصَبَ poſuit, erexit, it. vocali Fatha affecit litteram.

*l*) Huc pertinent omnia fere ſingularia, et pluralia fracta v. g. بَيْتٌ domus, in genit. بَيْتٍ

1) nominatiuus terminetur in ُ
2) genitiuus in ِ
3) accusatiuus in َ

*Obs.* 1. Vocatiuus, cui plerumque particula يَا praemissa est, effertur per accusatiuum *m*): nisi sit nominis proprii *n*), vel appellatiui aut possidentis articulum, aut absolute positi rem, quam vocans intuetur, significantis *o*); tum enim concipitur per nominatiuum, sed absque Nun vocali. Et quando ad opem aliquis vocatur, adhibetur non raro genitiuus praefixo لِ, *p*), vel accusatiuus adiecto اهْ *q*).

*Obs.* 2.

---

بَيْتٌ, in accusat. بَيْتًا. Plural. بُيُوتٌ, in genit. بُيُوتٍ, in accus. بُيُوتًا.

*m*) v. g. يَا رَجُلًا o vir!

*n*) v. g. يَا آدَمُ o Adam!

*o*) يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ o homines! يَا رَجُلُ o tu vir! quem scilic. aspicio.

*p*) يَا لَزَيْدٍ o Seide! (scil. adiuua).

*q*) يَا زَيْدَاهْ o Seide!

*Obſ.* 2. Adiectiuum vocatiuo additum, vel ſubſtantiuum ei per coniunctionem copulatiuam adiunctum ſine affixo, indifferenter Nominatiui vel Accuſatiui *r*), cum affixo vero ſolius Accuſatiui, terminationem admittit. Cum autem vocatiuo addendum eſt pronomen *mi* vel *mei*, id regulariter fit per affixum ي, vel ſimpliciter quieſcens in ـِ, vel mobile per ـِيَ, vel omiſſo ي et retento Keſre, aut mutato raro in ا, rariſſime in damma *s*).

II) alia *Diptota*, in quibus caſus obliqui vna terminatione continentur, atque adeo duas tantum terminationes agnoſcunt *t*). Quorſum pertinent

 1) dua-

*r*) يَا بَنِي إِسْرَآئِيلَ o filii Iſraelis!

*s*) v.g. يَا غُلَامِي, يَا غُلَامِيَ, يَا غُلَامِ, يَا غُلَامُ, يَا غُلَامَا, ô puer mi!

*t*) Ex hac triptotorum et diptotorum varietate quatuor declinationes ERPENII ortae ſunt, quarum *prima* triptota eſt in ſingulari et plurali, *ſecunda* triptota in ſingulari et diptota in plu-

1) dualia omnia *v*), quae nominatiuum in ـَانِ, genitiuum et accusatiuum vero in ـَيْنِ terminant.

2) pluralia sana masculina *w*), nominatiuum in ـُونَ genitiuum autem et accusatiuum in ـِينَ habentia.

3) plu-

plurali, *tertia* diptota in singulari et triptota in plurali, *quarta* diptota in singulari et plurali conf. eius Gram. Arab. Lib. III. Cap. VIII. p. 170. Sed quia haec declinationum distinctio parum ad clariorem cognitionem facit, satis erit, monente OTHONE in synopsi. Instit. Arab. §. 25. cuiuslibet numeri casus per se spectare.

*v*) v. g. مَدِينَتَانِ duae vrbes, in genit. et accus. مَدِينَتَيْنِ, a singul. مَدِينَةٌ. it. فَتَيَانِ duo pueri, in genit. et accus. فَتَيَيْنِ. a singul. فَتًى.

*w*) v. g. نَاصِرُونَ iuuantes, in genit. et accusat. نَاصِرِينَ. a singul. نَاصِرٌ.

3) pluralia sana feminina *x*), nominatiuum in ـَاتٌ, genitiuum et accusatiuum in ـَاتٍ desinentia.

4) Nomina Arabibus *inuariabilia* dicta, quorum vltima vocalis nunnationem non admittit, ac nominatiuum in ـُ, genitiuum et accusatiuum in ـَ terminant.

*Obs.* Sunt vero inuariabilia

1) Adiectiua positiua et comparatiua formae أَفْعَلُ *z*), nisi, quod rarius accidit, femininum per ة forment *a*).

G 5 2) ad-

---

*x*) v. g. أُمَّهَاتٌ matres, in genitiv. et accusat. أُمَّهَاتٍ.

*y*) v. g. أَسْوَدُ niger, in genit. et accusat. أَسْوَدَ. it. مَسَاجِدُ templa, in genit. et accusat. مَسَاجِدَ.

*z*) v. g. أَحْمَرُ ruber. أَحْسَنُ melior, optimus.

*a*) v. g. أَرْمَلُ viduus, coelebs, egenus, in femin. أَرْمَلَةٌ vidua.

2) adiectiua terminata in ـَانٌ seruili, quae non formant femininum addito ةٌ *b*).
3) terminata in ا seruili *c*), aut ي seruili instar Elif quiescente *d*).

4) frequenter pluralia fracta formae قَوَاصِرُ et قَنَاطِرُ vel قَنَاطِيرُ, *e*) et ex illis, quorum vltima radicalis est littera quiescens, quaeque alias triptota sunt, illa, quae Kesre penultimum in Fatha mutant *f*).

5) no-

---

*b*) v. g. غَضْبَانُ iratus, in femin. غَضْبَي.

*c*) v. g. صَفْرَاءُ flaua.

*d*) v. g. ذِكْرَي recordatio, pro ذِكْرَيٌ coll. §. 20, 2. *a*.

*e*) v. g. ضَوَارِبُ verberantes. ضَفَادِعُ ranae. قَنَادِيلُ lucernae. مَدَاخِلُ vestibula.

*f*) v. g. عَذَارَي virgines, pro عَذَارِيُ eti

5) nomina regionum, insularum, vrbium, pagorum, montium, fluuiorum, locorum, et pleraque hominum propria g).

*Nota*. Nomina propria tribus litteris constantia nec in ŏ terminata, nisi sint barbara, modo triptota sunt modo diptota h). Quod raro quoque reliquis nominibus inuariabilibus contingit, sicut contra variabilia seu triptota quaedam, inuariabilia siue diptota nonnunquam fiunt.

§. 34.

Status nominum vel *absolutus* dici potest, vel

---

et عَـذَارِي. Et sic quoque نَـصَـارِي christiani.

g) v. g. مِصْرُ Ægyptus. قُبْرُسُ Cyprus. دِجْلَةُ Tygris. عُثْمَانُ Othman. يَعْقُوبُ Iacob. etct.

h) v. g. دَعْدٌ *Datos* nomen proprium mulieris, in Genit. دَعْدٍ, in Accus. دَعْدًا. it. in Nominat. دَعْدُ, in Genit. et Accus. دَعْدَ.

vel *conſtructus i*). In ſtatu conſtructo vel *regimine* nomen poni dicitur, quando adpellatiuum natura ſua vagum lateque patens ad ſubſequens nomen in genitiuo ceu poſſeſſiuo caſu efferendum reſtringitur. Nullum vero eiusmodi nomen ſubit mutationem, niſi quod praeter articulum ſimul quoque abiiciat Nun caſuale, ſiue latitet illud in vocalibus nunnatis *k*), ſiue expreſſum ſit, vt in duali et plurali ſano *l*).

*Obſ.* 1. Tria nomina أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, et حَمٌ *ſocer*, et interdum etiam هَنٌ *res*, *muliebria*, vti ob regimen ita ante ſuffixa a ي diuerſa pro Nun vocale abiecto aſſumunt

*i*) ſtatus conſtructus apud Arabes vocatur إِضَافَةٌ a radice ضَافَ in coniug. IV. retulit, coniunxit, addidit.

*k*) v. g. رَبُّ ٱلْعَالَمِينَ dominus creaturarum. ex رَبٌّ.

*l*) كِتَابَا مُوسَى duo libri Moſis. ex كِتَابَانِ. it. بَنُوا ٱللَّهِ filii dei.

munt litteram quiescentem vocali casus, quem constructio cum praecedentibus postulat, conuenientem: in nominatiuo nimirum و in genitiuo ي, in accusatiuo ا *m*).

*Obs.* 2. Et sic quoque in vocibus ذُو *possessor* et فَمٌ *os* vltima littera ob Kesre genitiui in ي et ob Fatha accusatiui in ا transit in regimine *n*).

§. 35.

I) Comparatiuus aeque ac superlatiuus fit a positiuo praefixo أَ, vt prodeat forma أَفْضَلُ

---

*m*) v. g. أَبُو دَاوُدَ pater Dauidis. أَبِي دَاوُدَ patri Dauidis. أَبَا دَاوُدَ patrem Dauidis. Et cum suffixis أَبُوكَ pater tuus أَبِيكَ patris tui. أَبَاكَ patrem tuum.

*n*) Sic enim a priori est in Genitiuo ذِي, in Accusat. ذَا; a posteriori vero in Genit. فِي Accusat. فَا. Itemque cum suffixis فِيكَ. فَاكَ.

أَفْعَلُ *o*). In comparatiuo insuper voci alteri quae superatur مِنْ praeponitur; sed absolute si ponatur aut in regimine, pro superlatiuo habetur *p*).

II) Sicut in hac comparatiui ac superlatiui forma nunnatio abest, ita eadem quoque in aliis casibus deficit. *Nunnatio* nimirum sono vocalium figura duplicata gaudentium sonum N addit (§. 7. II.). Sed haec nunnatio tam vocalis, quam etiam consonae, in diptotis dualibus et pluralibus masculinis sanis, omittitur

1) ob regimen, seu quando nomen in genitiuo efferendum sequitur (§. 34.) *q*).

2) ob

---

o) v. g. ex صَغِيرٌ paruus, fit أَصْغَرُ minor. it. ab عَظِيمٌ magnus, fit أَعْظَمُ

p) v. g. أَعْظَمُ مِنَ ٱلْمَلِكِ maior rege. أَعْظَمُ ٱلنَّاسِ maximus hominum.

q) v. g. مَزْمُورُ دَاوُدَ Psalmus Dauidis كِتَابَا مُوسَى libri duo Mosis.

2) ob ſuffixa nomini adiicienda *r*).

3) in nominibus inuariabilibus. (§. 33. B. II, 4.) *s*).

4) ob articulum أَلْ tum α) praecedentem *t*), tum β) ſequentem *u*).

5) in Enallage caſus accuſatiui pro nominatiuo *v*).

6) quan-

---

*r*) v. g. مَزْمُورُهُ Pſalmus eius. مَزْمُورِهِ Pſalmo eius. مَزْمُورَهُ. Pſalmum eius. Sic etiam in duali مَزْمُورَاهُ duo pſalmi eius, et in plurali سَارِقُوكَ fures tui, a سَارِقُونَ fures.

*s*) v. g. أَحْمَرُ ruber. آدَمُ Adam etct.

*t*) v. g. أَلْكِتَابُ, أَلْكِتَابِ, أَلْكِتَابَ, liber, libri, librum.

*u*) كِتَابُ ٱلصَّغِيرُ liber paruus.

*v*) v. g. لَا رَيْبَ non eſt dubium.

6) quando ex nominatiuo fit vocatiuus *w*).

# CAPVT IV.
## DE PRONOMINE
### §. 36.

| مُقْصَوِّلٌ | إِقْصِوَّالًا | إِقْصَوِّلْ | يَقْصَوِّلُ | إِقْصَوَّلَ | 13 |

in Passiuo

| Participium | Futurum | Praeteritum | |
|---|---|---|---|
| مَفْصُولٌ | يُفْصَلُ | فُصِلَ | 1 |
| مُفَصَّلٌ | يُفَصَّلُ | فُصِّلَ | 2 |
| مُفَاصَلٌ | يُفَاصَلُ | فُوصِلَ | 3 |
| مُفْصَلٌ | يُفْصَلُ | أُفْصِلَ | 4 |
| مُتَفَصَّلٌ | يُتَفَصَّلُ | تُفُصِّلَ | 5 |
| مُتَفَاصَلٌ | يُتَفَاصَلُ | تُفُوصِلَ | 6 |
| مُنْفَصَلٌ | يُنْفَصَلُ | أُنْفُصِلَ | 7 |
| مُفْتَصَلٌ | يُفْتَصَلُ | أُفْتُصِلَ | 8 |
| مُسْتَفْصَلٌ | يُسْتَفْصَلُ | أُسْتُفْصِلَ | 10 |
| مُفْصَوْصَلٌ | يُفْصَوْصَلُ | أُفْصُوصِلَ | 12 |
| مُفْصَوَّلٌ | يُفْصَوَّلُ | أُفْصُوِّلَ | 13 |

Singularis

| 1. perf. | 2. perf. | | 3. perf. | |
|---|---|---|---|---|
| communis | femin. | mafcul. | femin. | mafc. |
| قَصَلْتُ | قَصَلْتِ | قَصَلْتَ | قَصَلَتْ | قَصَلَ |
| نَصَرْتُ | نَصَرْتِ | نَصَرْتَ | نَصَرَتْ | نَصَرَ |
| رَقَقْتُ | رَقَقْتِ | رَقَقْتَ | رَقَّتْ | رَقَّ |
| يَسَرْتُ | يَسَرْتِ | يَسَرْتَ | يَسَرَتْ | يَسَرَ |
| وَرَثْتُ | وَرَثْتِ | وَرَثْتَ | وَرَثَتْ | وَرَثَ |
| قُلْتُ | قُلْتِ | قُلْتَ | قَالَتْ | قَالَ |
| سِرْتُ | سِرْتِ | سِرْتَ | سَارَتْ | سَارَ |
| غَزَوْتُ | غَزَوْتِ | غَزَوْتَ | غَزَتْ | غَزَا |
| رَمَيْتُ | رَمَيْتِ | رَمَيْتَ | رَمَتْ | رَمَى |
| أَكَلْتُ | أَكَلْتِ | أَكَلْتَ | أَكَلَتْ | أَكَلَ |
| بَأَسْتُ | بَأَسْتِ | بَأَسْتَ | بَأَسَتْ | بَأَسَ |
| هَنَأْتُ | هَنَأْتِ | هَنَأْتَ | هَنَأَتْ | هَنَأَ |

Plura-

Pluralis

| 1. perf. communis | 2. perf. femin. | 2. perf. mafcul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mafcul. |
|---|---|---|---|---|
| قَتَلْنَا | قَتَلْتُنَّ | قَتَلْتُمْ | قَتَلْنَ | قَتَلُوا |
| نَصَرْنَا | نَصَرْتُنَّ | نَصَرْتُمْ | نَصَرْنَ | نَصَرُوا |
| رَقَقْنَا | رَقَقْتُنَّ | رَقَقْتُمْ | رَقَقْنَ | رَقُّوا |
| يَسَرْنَا | يَسَرْتُنَّ | يَسَرْتُمْ | يَسَرْنَ | يَسَرُوا |
| وَرِثْنَا | وَرِثْتُنَّ | وَرِثْتُمْ | وَرِثْنَ | وَرِثُوا |
| قُلْنَا | قُلْتُنَّ | قُلْتُمْ | قُلْنَ | قَالُوا |
| سِرْنَا | سِرْتُنَّ | سِرْتُمْ | سِرْنَ | سَارُوا |
| غَزَوْنَا | غَزَوْتُنَّ | غَزَوْتُمْ | غَزَوْنَ | غَزَوْا |
| رَمَيْنَا | رَمَيْتُنَّ | رَمَيْتُمْ | رَمَيْنَ | رَمَوْا |
| أَكَلْنَا | أَكَلْتُنَّ | أَكَلْتُمْ | أَكَلْنَ | أَكَلُوا |
| بَأُسْنَا | بَأُسْتُنَّ | بَأُسْتُمْ | بَأُسْنَ | بَأُسُوا |
| هَنَأْنَا | هَنَأْتُنَّ | هَنَأْتُمْ | هَنَأْنَ | هَنَؤُوا |

## Dualis

| 2. persona commun. | 3. persona femin. | masc. |
|---|---|---|
| قَصَلْتُمَا | قَصَلَتَا | قَصَلَا |
| نَصَرْتُمَا | نَصَرَتَا | نَصَرَا |
| رَقَقْتُمَا | رَقَّتَا | رَقَّا |
| يَسَرْتُمَا | يَسَرَتَا | يَسَرَا |
| وَرِثْتُمَا | وَرِثَتَا | وَرِثَا |
| قُلْتُمَا | قَالَتَا | قَالَا |
| سِرْتُمَا | سَارَتَا | سَارَا |
| غَزَوْتُمَا | غَزَتَا | غَزَوَا |
| رَمَيْتُمَا | رَمَتَا | رَمَيَا |
| أَكَلْتُمَا | أَكَلَتَا | أَكَلَا |
| بَأَسْتُمَا | بَأَسَتَا | بَأَسَا |
| هَنَأْتُمَا | هَنَأَتَا | هَنَأَا |

## Singularis

| 1. perf. commun. | 2. perf. femin. | 2. perf. mascul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mascul. |
|---|---|---|---|---|
| أَفْصُلُ | تَفْصُلِينَ | تَفْصُلُ | تَفْصُلُ | يَفْصُلُ |
| أَنْصُرُ | تَنْصُرِينَ | تَنْصُرُ | تَنْصُرُ | يَنْصُرُ |
| أَرِقُّ | تَرِقِّينَ | تَرِقُّ | تَرِقُّ | يَرِقُّ |
| أَيْسِرُ | تَيْسِرِينَ | تَيْسِرُ | تَيْسِرُ | يَيْسِرُ |
| أَرِثُ | تَرِثِينَ | تَرِثُ | تَرِثُ | يَرِثُ |
| أَقُولُ | تَقُولِينَ | تَقُولُ | تَقُولُ | يَقُولُ |
| أَسِيرُ | تَسِيرِينَ | تَسِيرُ | تَسِيرُ | يَسِيرُ |
| أَغْزُو | تَغْزِينَ | تَغْزُو | تَغْزُو | يَغْزُو |
| أَرْمِي | تَرْمِينَ | تَرْمِي | تَرْمِي | يَرْمِي |
| آكُلُ | تَأْكُلِينَ | تَأْكُلُ | تَأْكُلُ | يَأْكُلُ |
| أَبْأَسُ | تَبْأَسِينَ | تَبْأَسُ | تَبْأَسُ | يَبْأَسُ |
| أَهْنُؤُ | تَهْنَئِينَ | تَهْنُؤُ | تَهْنُؤُ | يَهْنُؤُ |

## Pluralis

| 1. perf. | 2. perf. | | 3. perf. | |
|---|---|---|---|---|
| commun. | femin. | mascul. | femin. | mascul. |
| نَفْصُلُ | تَفْصُلْنَ | تَفْصُلُونَ | يَفْصُلْنَ | يَفْصُلُونَ |
| نَنْصُرُ | تَنْصُرْنَ | تَنْصُرُونَ | يَنْصُرْنَ | يَنْصُرُونَ |
| نَرُقُّ | تَرْقُقْنَ | تَرُقُّونَ | يَرْقُقْنَ | يَرُقُّونَ |
| نَيْسِرُ | تَيْسِرْنَ | تَيْسِرُونَ | يَيْسِرْنَ | يَيْسِرُونَ |
| نَرِثُ | تَرِثْنَ | تَرِثُونَ | يَرِثْنَ | يَرِثُونَ |
| نَقُولُ | تَقُلْنَ | تَقُولُونَ | يَقُلْنَ | يَقُولُونَ |
| نَسِيرُ | تَسِرْنَ | تَسِيرُونَ | يَسِرْنَ | يَسِيرُونَ |
| نَغْزُو | تَغْزُونَ | تَغْزُونَ | يَغْزُونَ | يَغْزُونَ |
| نَرْمِي | تَرْمِينَ | تَرْمُونَ | يَرْمِينَ | يَرْمُونَ |
| نَأْكُلُ | تَأْكُلْنَ | تَأْكُلُونَ | يَأْكُلْنَ | يَأْكُلُونَ |
| نَيْأَسُ | تَيْأَسْنَ | تَيْأَسُونَ | يَيْأَسْنَ | يَيْأَسُونَ |
| نَهْنَأُ | تَهْنَأْنَ | تَهْنَؤُونَ | يَهْنَأْنَ | يَهْنَؤُونَ |

## Dualis

| 2. persona commun. | 3. persona femin. | 3. persona mascul. |
|---|---|---|
| تفصلان | تفصلان | يفصلان |
| تنصران | تنصران | ينصران |
| ترقان | ترقان | يرقان |
| تيسران | تيسران | ييسران |
| ترثان | ترثان | يرثان |
| تقولان | تقولان | يقولان |
| تسيران | تسيران | يسيران |
| تغزوان | تغزوان | يغزوان |
| ترميان | ترميان | يرميان |
| تأكلان | تأكلان | يأكلان |
| تبأسان | تبأسان | يبأسان |
| تهنئان | تهنئان | يهنئان |

| Dualis commun. | Pluralis femin. | Pluralis mascul. | Singul. femin. | Singul. mascul. |
|---|---|---|---|---|
| أُفْصُلَا | أُفْصُلْنَ | أُفْصُلُوا | أُفْصُلِي | أُفْصُلْ |
| أُنْصُرَا | أُنْصُرْنَ | أُنْصُرُوا | أُنْصُرِي | أُنْصُرْ |
| رُقَّا | أُرْقُقْنَ | رُقُّوا | رُقِّي | رُقِّ |
| إِيسِرَا | إِيسِرْنَ | إِيسِرُوا | إِيسِرِي | إِيسِرْ |
| رِثَّا | رِثْنَ | رِثُّوا | رِثِّي | رِثَّ |
| قُولَا | قُلْنَ | قُولُوا | قُولِي | قُلْ |
| سِيرَا | سِرْنَ | سِيرُوا | سِيرِي | سِرْ |
| أُغْزُوَا | أُغْزُونَ | أُغْزُوا | أُغْزِي | أُغْزُ |
| إِرْمِيَا | إِرْمِينَ | إِرْمُوا | إِرْمِي | إِرْمِ |
| كُلَا | كُلْنَ | كُلُوا | كُلِي | كُلْ |
| إِبْأَسَا | إِبْأَسْنَ | إِبْأَسُوا | إِبْأَسِي | إِبْأَسْ |
| إِهْنَآ | إِهْنَأْنَ | إِهْنَؤُوا | إِهْنَئِي | إِهْنَأْ |

Partici.

| Participium Singular. femin. | mascul. | Infinitiuus |
| --- | --- | --- |
| قَاصِلَةٌ | قَاصِلٌ | قَصْلًا |
| نَاصِرَةٌ | نَاصِرٌ | نَصْرًا |
| رَاقَّةٌ | رَاقٌّ | رِقًّا |
| يَاسِرَةٌ | يَاسِرٌ | يَسْرًا |
| وَارِثَةٌ | وَارِثٌ | وِرْثًا l. رِثَةً |
| قَائِلَةٌ | قَائِلٌ | قَوْلًا |
| سَائِرَةٌ | سَائِرٌ | سَيْرًا |
| غَازِيَةٌ | غَازٍ | غَزْوًا |
| رَامِيَةٌ | رَامٍ | رَمْيًا |
| أَكِلَةٌ | أَكِلٌ | أَكْلًا |
| بَائِسَةٌ | بَائِسٌ | بَأْسًا |
| هَانِئَةٌ | هَانِئٌ | هَنْأً |

Singu-

Singularis

| 1. perf. communis | 2. perf. femin. | 2. perf. mascul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mascul. |
|---|---|---|---|---|
| فُصِلْتُ | فُصِلْتِ | فُصِلْتَ | فُصِلَتْ | فُصِلَ |
| نُصِرْتُ | نُصِرْتِ | نُصِرْتَ | نُصِرَتْ | نُصِرَ |
| رُقِقْتُ | رُقِقْتِ | رُقِقْتَ | رُقَّتْ | رُقَّ |
| يُسِرْتُ | يُسِرْتِ | يُسِرْتَ | يُسِرَتْ | يُسِرَ |
| وُرِثْتُ | وُرِثْتِ | وُرِثْتَ | وُرِثَتْ | وُرِثَ |
| قِلْتُ | قِلْتِ | قِلْتَ | قِيلَتْ | قِيلَ |
| سِرْتُ | سِرْتِ | سِرْتَ | سِيرَتْ | سِيرَ |
| غُزِيتُ | غُزِيتِ | غُزِيتَ | غُزِيَتْ | غُزِيَ |
| رُمِيتُ | رُمِيتِ | رُمِيتَ | رُمِيَتْ | رُمِيَ |
| أُكِلْتُ | أُكِلْتِ | أُكِلْتَ | أُكِلَتْ | أُكِلَ |
| بُئِسْتُ | بُئِسْتِ | بُئِسْتَ | بُئِسَتْ | بُئِسَ |
| هُنِئْتُ | هُنِئْتِ | هُنِئْتَ | هُنِئَتْ | هُنِئَ |

Pluralis

| 1. perf. communis | 2. perf. femin. | 2. perf. mascul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mascul. |
|---|---|---|---|---|
| فُصِلْنَا | فُصِلْتُنَّ | فُصِلْتُمْ | فُصِلْنَ | فُصِلُوا |
| نُصِرْنَا | نُصِرْتُنَّ | نُصِرْتُمْ | نُصِرْنَ | نُصِرُوا |
| رُقِقْنَا | رُقِقْتُنَّ | رُقِقْتُمْ | رُقِقْنَ | رُقُّوا |
| يُسِرْنَا | يُسِرْتُنَّ | يُسِرْتُمْ | يُسِرْنَ | يُسِرُوا |
| وُرِثْنَا | وُرِثْتُنَّ | وُرِثْتُمْ | وُرِثْنَ | وُرِثُوا |
| قِلْنَا | قِلْتُنَّ | قِلْتُمْ | قِلْنَ | قِيلُوا |
| سِرْنَا | سِرْتُنَّ | سِرْتُمْ | سِرْنَ | سِيرُوا |
| غُزِينَا | غُزِيتُنَّ | غُزِيتُمْ | غُزِينَ | غُزِيُوا |
| رُمِينَا | رُمِيتُنَّ | رُمِيتُمْ | رُمِينَ | رُمِيُوا |
| أُكِلْنَا | أُكِلْتُنَّ | أُكِلْتُمْ | أُكِلْنَ | أُكِلُوا |
| بُئِسْنَا | بُئِسْتُنَّ | بُئِسْتُمْ | بُئِسْنَ | بُئِسُوا |
| هُنِئْنَا | هُنِئْتُنَّ | هُنِئْتُمْ | هُنِئْنَ | هُنِئُوا |

## Dualis

| 2. persona commun. | 3. persona femin. | 3. persona mascul. |
|---|---|---|
| فُصِلْتُمَا | فُصِلَتَا | فُصِلَا |
| نُصِرْتُمَا | نُصِرَتَا | نُصِرَا |
| رُقِقْتُمَا | رُقَّتَا | رُقَّ |
| يُسِرْتُمَا | يُسِرَتَا | يُسِرَا |
| وُرِثْتُمَا | وُرِثَتَا | وُرِثَا |
| قُلْتُمَا | قِيلَتَا | قِيلَا |
| سِرْتُمَا | سِيرَتَا | سِيرَا |
| غُزِيتُمَا | غُزِيَتَا | غُزِيَا |
| رُمِيتُمَا | رُمِيَتَا | رُمِيَا |
| أُكِلْتُمَا | أُكِلَتَا | أُكِلَا |
| بُئِسْتُمَا | بُئِسَتَا | بُئِسَا |
| هُنِيتُمَا | هُنِيَتَا | هُنِيَا |

## Singularis

| 1. perf. commun. | 2. perf. femin. | 2. perf. mascul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mascul. |
|---|---|---|---|---|
| أُقْصَلُ | تُقْصَلِينَ | تُقْصَلُ | تُقْصَلُ | يُقْصَلُ |
| أُنْصَرُ | تُنْصَرِينَ | تُنْصَرُ | تُنْصَرُ | يُنْصَرُ |
| أُرَقُّ | تُرَقِّينَ | تُرَقُّ | تُرَقُّ | يُرَقُّ |
| أُوسَرُ | تُوسَرِينَ | تُوسَرُ | تُوسَرُ | يُوسَرُ |
| أُورَثُ | تُورَثِينَ | تُورَثُ | تُورَثُ | يُورَثُ |
| أُقَالُ | تُقَالِينَ | تُقَالُ | تُقَالُ | يُقَالُ |
| أُسَارُ | تُسَارِينَ | تُسَارُ | تُسَارُ | يُسَارُ |
| أُغْزَي | تُغْزَيْنَ | تُغْزَي | تُغْزَي | يُغْزَي |
| أُرْمَي | تُرْمَيْنَ | تُرْمَي | تُرْمَي | يُرْمَي |
| أُوكَلُ | تُوكَلِينَ | تُوكَلُ | تُوكَلُ | يُوكَلُ |
| أُبْتَأَسُ | تُبْتَأَسِينَ | تُبْتَأَسُ | تُبْتَأَسُ | يُبْتَأَسُ |
| أُهْتَنَقُ | تُهْتَنَقِينَ | تُهْتَنَقُ | تُهْتَنَقُ | يُهْتَنَقُ |

## Pluralis

| 1. perf. commun. | 2. perf. femin. | 2. perf. mascul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mascul. |
|---|---|---|---|---|
| نُعَصَّرُ | تُعَصَّلْنَ | تُعَصَّلُونَ | يُعَصَّلْنَ | يُعَصَّلُونَ |
| نُنْصَرُ | تُنْصَرْنَ | تُنْصَرُونَ | يُنْصَرْنَ | يُنْصَرُونَ |
| نُرَقُّ | تُرْقَقْنَ | تُرَقُّونَ | يُرْقَقْنَ | يُرَقُّونَ |
| نُوسَرُ | تُوسَرْنَ | تُوسَرُونَ | يُوسَرْنَ | يُوسَرُونَ |
| نُورَثُ | تُورَثْنَ | تُورَثُونَ | يُورَثْنَ | يُورَثُونَ |
| نُغَالُ | تُغَلْنَ | تُغَالُونَ | يُغَلْنَ | يُغَالُونَ |
| نُسَارُ | تُسَرْنَ | تُسَارُونَ | يُسَرْنَ | يُسَارُونَ |
| نُغْزَي | تُغْزَيْنَ | تُغْزَوْنَ | يُغْزَيْنَ | يُغْزَوْنَ |
| نُرْمَي | تُرْمَيْنَ | تُرْمَوْنَ | يُرْمَيْنَ | يُرْمَوْنَ |
| نُؤْكَلُ | تُؤْكَلْنَ | تُؤْكَلُونَ | يُؤْكَلْنَ | يُؤْكَلُونَ |
| نُبْأَسُ | تُبْأَسْنَ | تُبْأَسُونَ | يُبْأَسْنَ | يُبْأَسُونَ |
| نُهْنَأُ | تُهْنَأْنَ | تُهْنَؤُونَ | يُهْنَأْنَ | يُهْنَؤُونَ |

| Singul. | Dualis 2. persona | 3. persona | |
|---|---|---|---|
| mascul. | commun. | femin. | mascul. |
| مَفْصُولٌ | تُفْصَلَانِ | تُفْصَلَانِ | يُفْصَلَانِ |
| مَنْصُورٌ | تُنْصَرَانِ | تُنْصَرَانِ | يُنْصَرَانِ |
| مَرْقُوقٌ | تُرَقَّانِ | تُرَقَّانِ | يُرَقَّانِ |
| مَيْسُورٌ | تُوسَرَانِ | تُوسَرَانِ | يُوسَرَانِ |
| مَوْرُوثٌ | تُورَثَانِ | تُورَثَانِ | يُورَثَانِ |
| مَغُولٌ | تُغَالَانِ | تُغَالَانِ | يُغَالَانِ |
| مَسِيرٌ | تُسَارَانِ | تُسَارَانِ | يُسَارَانِ |
| مَغْزُوٌّ | تُغْزَوَانِ | تُغْزَوَانِ | يُغْزَوَانِ |
| مَرْمِيٌّ | تُرْمَيَانِ | تُرْمَيَانِ | يُرْمَيَانِ |
| مَأْكُولٌ | تُؤْكَلَانِ | تُؤْكَلَانِ | يُؤْكَلَانِ |
| مَبْؤُوسٌ | تُبْأَسَانِ | تُبْأَسَانِ | يُبْأَسَانِ |
| مَهْنُوءٌ | تُهْنَأَانِ | تُهْنَأَانِ | يُهْنَأَانِ |

Singularis

| 1. perf. communis | 2. perf. femin. | 2. perf. mafcul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mafcul. |
|---|---|---|---|---|
| اِتَّصَلْتُ | اِتَّصَلْتِ | اِتَّصَلْتَ | اِتَّصَلَتْ | اِتَّصَلَ |
| اِنْتَصَرْتُ | اِنْتَصَرْتِ | اِنْتَصَرْتَ | اِنْتَصَرَتْ | اِنْتَصَرَ |
| اِرْتَعَعْتُ | اِرْتَعَعْتِ | اِرْتَعَعْتَ | اِرْتَعَّتْ | اِرْتَعَّ |
| اِتَّسَرْتُ | اِتَّسَرْتِ | اِتَّسَرْتَ | اِتَّسَرَتْ | اِتَّسَرَ |
| اِتَّرَفْتُ | اِتَّرَفْتِ | اِتَّرَفْتَ | اِتَّرَفَتْ | اِتَّرَفَ |
| اِقْتُلْتُ | اِقْتُلْتِ | اِقْتُلْتَ | اِقْتَالَتْ | اِقْتَالَ |
| اِسْتِرْتُ | اِسْتِرْتِ | اِسْتِرْتَ | اِسْتَارَتْ | اِسْتَارَ |
| اِغْتَزَيْتُ | اِغْتَزَيْتِ | اِغْتَزَيْتَ | اِغْتَزَتْ | اِغْتَزَي |
| اِرْتَمَيْتُ | اِرْتَمَيْتِ | اِرْتَمَيْتَ | اِرْتَمَتْ | اِرْتَمَي |
| اِيتَكَلْتُ | اِيتَكَلْتِ | اِيتَكَلْتَ | اِيتَكَلَتْ | اِيتَكَلَ |
| اِبْتَأَسْتُ | اِبْتَأَسْتِ | اِبْتَأَسْتَ | اِبْتَأَسَتْ | اِبْتَأَسَ |
| اِهْتَنَأْتُ | اِهْتَنَأْتِ | اِهْتَنَأْتَ | اِهْتَنَأَتْ | اِهْتَنَأَ |

## Pluralis

| 1. perf. communis | 2. perf. femin. | 2. perf. masc. | 3. perf. femin. | 3. perf. masc. |
|---|---|---|---|---|
| اِقْتَصَلْنَا | اِقْتَصَلْتُنَّ | اِقْتَصَلْتُمْ | اِقْتَصَلْنَ | اِقْتَصَلُوا |
| اِنْتَصَرْنَا | اِنْتَصَرْتُنَّ | اِنْتَصَرْتُمْ | اِنْتَصَرْنَ | اِنْتَصَرُوا |
| اِرْتَعَعْنَا | اِرْتَعَعْتُنَّ | اِرْتَعَعْتُمْ | اِرْتَعَعْنَ | اِرْتَعُّوا |
| اِتَّسَرْنَا | اِتَّسَرْتُنَّ | اِتَّسَرْتُمْ | اِتَّسَرْنَ | اِتَّسَرُوا |
| اِتَّرَثْنَا | اِتَّرَثْتُنَّ | اِتَّرَثْتُمْ | اِتَّرَثْنَ | اِتَّرَثُوا |
| اِقْتَلْنَا | اِقْتَلْتُنَّ | اِقْتَلْتُمْ | اِقْتَلْنَ | اِقْتَالُوا |
| اِسْتَمْنَا | اِسْتَمْتُنَّ | اِسْتَمْتُمْ | اِسْتَمْنَ | اِسْتَامُوا |
| اِغْتَزَيْنَا | اِغْتَزَيْتُنَّ | اِغْتَزَيْتُمْ | اِغْتَزَيْنَ | اِغْتَزَوْا |
| اِرْتَمَيْنَا | اِرْتَمَيْتُنَّ | اِرْتَمَيْتُمْ | اِرْتَمَيْنَ | اِرْتَمَوْا |
| اِئْتَكَلْنَا | اِئْتَكَلْتُنَّ | اِئْتَكَلْتُمْ | اِئْتَكَلْنَ | اِئْتَكَلُوا |
| اِبْتَأَسْنَا | اِبْتَأَسْتُنَّ | اِبْتَأَسْتُمْ | اِبْتَأَسْنَ | اِبْتَأَسُوا |
| اِهْتَنَأْنَا | اِهْتَنَأْتُنَّ | اِهْتَنَأْتُمْ | اِهْتَنَأْنَ | اِهْتَنَؤُوا |

## Dualis

| 2. persona commun. | 3. persona femin. | 3. persona mascul. |
| --- | --- | --- |
| اِتَّصَلْتُمَا | اِتَّصَلَتَا | اِتَّصَلَا |
| اِنْتَصَرْتُمَا | اِنْتَصَرَتَا | اِنْتَصَرَا |
| اِرْتَقَقْتُمَا | اِرْتَقَّتَا | اِرْتَقَّا |
| اِتَّسَرْتُمَا | اِتَّسَرَتَا | اِتَّسَرَا |
| اِتَّرَثْتُمَا | اِتَّرَثَتَا | اِتَّرَثَا |
| اِقْتَلْتُمَا | اِقْتَالَتَا | اِقْتَالَا |
| اِسْتَرْتُمَا | اِسْتَارَتَا | اِسْتَارَا |
| اِغْتَزَيْتُمَا | اِغْتَزَتَا | اِغْتَزَيَا |
| اِرْتَمَيْتُمَا | اِرْتَمَتَا | اِرْتَمَيَا |
| اِيتَكَلْتُمَا | اِيتَكَلَتَا | اِيتَكَلَا |
| اِبْتَأَسْتُمَا | اِبْتَأَسَتَا | اِبْتَأَسَا |
| اِهْتَنَأْتُمَا | اِهْتَنَأَتَا | اِهْتَنَأَا |

Singularis

| 1. perf. communis | 2. perf. femin. | 2. perf. mafcul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mafc. |
|---|---|---|---|---|
| أَقْتَصِلُ | تَقْتَصِلِينَ | تَقْتَصِلُ | تَقْتَصِلُ | يَقْتَصِلُ |
| أَنْتَصِرُ | تَنْتَصِرِينَ | تَنْتَصِرُ | تَنْتَصِرُ | يَنْتَصِرُ |
| أَرْتَقُّ | تَرْتَقِّينَ | تَرْتَقُّ | تَرْتَقُّ | يَرْتَقُّ |
| أَتَّسِرُ | تَتَّسِرِينَ | تَتَّسِرُ | تَتَّسِرُ | يَتَّسِرُ |
| أَثَّرِثُ | تَثَّرِثِينَ | تَثَّرِثُ | تَثَّرِثُ | يَثَّرِثُ |
| أَقْتَالُ | تَقْتَالِينَ | تَقْتَالُ | تَقْتَالُ | يَقْتَالُ |
| أَسْتَامُ | تَسْتَامِينَ | تَسْتَامُ | تَسْتَامُ | يَسْتَامُ |
| أَغْتَزِي | تَغْتَزِينَ | تَغْتَزِي | تَغْتَزِي | يَغْتَزِي |
| أَرْتَمِي | تَرْتَمِينَ | تَرْتَمِي | تَرْتَمِي | يَرْتَمِي |
| آتَكِلُ | تَأْتَكِلِينَ | تَأْتَكِلُ | تَأْتَكِلُ | يَأْتَكِلُ |
| أَبْتَئِسُ | تَبْتَئِسِينَ | تَبْتَئِسُ | تَبْتَئِسُ | يَبْتَئِسُ |
| أَهْتَنِئُ | تَهْتَنِئِينَ | تَهْتَنِئُ | تَهْتَنِئُ | يَهْتَنِئُ |

## Pluralis

| 1. perf. communis | 2. perf. femin. | 2. perf. mascul. | 3. perf. femin. | 3. perf. mascul. |
|---|---|---|---|---|
| نَغْتَصِلُ | تَغْتَصِلْنَ | تَغْتَصِلُونَ | يَغْتَصِلْنَ | يَغْتَصِلُونَ |
| نَنْتَصِرُ | تَنْتَصِرْنَ | تَنْتَصِرُونَ | يَنْتَصِرْنَ | يَنْتَصِرُونَ |
| نَرْتَعُّ | تَرْتَعِعْنَ | تَرْتَعُّونَ | يَرْتَعِعْنَ | يَرْتَعُّونَ |
| نَتَّسِرُ | تَتَّسِرْنَ | تَتَّسِرُونَ | يَتَّسِرْنَ | يَتَّسِرُونَ |
| نَتَّرِثُ | تَتَّرِثْنَ | تَتَّرِثُونَ | يَتَّرِثْنَ | يَتَّرِثُونَ |
| نَغْتَالُ | تَغْتَلْنَ | تَغْتَالُونَ | يَغْتَلْنَ | يَغْتَالُونَ |
| نَسْتَارُ | تَسْتَرْنَ | تَسْتَارُونَ | يَسْتَرْنَ | يَسْتَارُونَ |
| نَغْتَزِي | تَغْتَزُونَ | تَغْتَزُونَ | يَغْتَزُونَ | يَغْتَزُونَ |
| نَرْتَمِي | تَرْتَمِينَ | تَرْتَمُونَ | يَرْتَمِينَ | يَرْتَمُونَ |
| نَأْتَكِلُ | تَأْتَكِلْنَ | تَأْتَكِلُونَ | يَأْتَكِلْنَ | يَأْتَكِلُونَ |
| نَبْتَئِسُ | تَبْتَئِسْنَ | تَبْتَئِسُونَ | يَبْتَئِسْنَ | يَبْتَئِسُونَ |
| نَهْتَنِئُ | تَهْتَنِئْنَ | تَهْتَنِئُونَ | يَهْتَنِئْنَ | يَهْتَنِئُونَ |

## Dualis

| 2. persona commun. | 3. persona femin. | mascul. |
| --- | --- | --- |
| تَغْتَصِلَانِ | تَغْتَصِلَانِ | يَغْتَصِلَانِ |
| تَنْتَصِرَانِ | تَنْتَصِرَانِ | يَنْتَصِرَانِ |
| تَرْتَعَّانِ | تَرْتَعَّانِ | يَرْتَعَّانِ |
| تَتَّسِرَانِ | تَتَّسِرَانِ | يَتَّسِرَانِ |
| تَتَّرِفَانِ | تَتَّرِثَانِ | يَتَّرِثَانِ |
| تَغْتَالَانِ | تَغْتَالَانِ | يَغْتَالَانِ |
| تَسْتَارَانِ | تَسْتَارَانِ | يَشْتَارَانِ |
| تَغْتَرِيَانِ | تَغْتَزِيَانِ | يَغْتَرِيَانِ |
| تَرْتَمِيَانِ | تَرْتَمِيَانِ | يَرْتَمِيَانِ |
| تَأْتَكِلَانِ | تَأْتَكِلَانِ | يَأْتَكِلَانِ |
| تَبْتَئِسَانِ | تَبْتَئِسَانِ | يَبْتَئِسَانِ |
| تَهْتَنِئَانِ | تَهْتَنِئَانِ | يَهْتَنِئَانِ |

Singu-

| Dualis communis | Pluralis femin. | Pluralis mascul. | Singularis femin. | Singularis mascul. |
|---|---|---|---|---|
| اِفْتَصِلَا | اِفْتَصِلْنَ | اِفْتَصِلُوا | اِفْتَصِلِي | اِفْتَصِلْ |
| اِنْتَصِرَا | اِنْتَصِرْنَ | اِنْتَصِرُوا | اِنْتَصِرِي | اِنْتَصِرْ |
| اِرْتَقَّا | اِرْتَقِقْنَ | اِرْتَقُّوا | اِرْتَقِّي | اِرْتَقِقْ |
| اِتَّسِرَا | اِتَّسِرْنَ | اِتَّسِرُوا | اِتَّسِرِي | اِتَّسِرْ |
| اِتَّرِثَا | اِتَّرِثْنَ | اِتَّرِثُوا | اِتَّرِثِي | اِتَّرِثْ |
| اِقْتَالَا | اِقْتَلْنَ | اِقْتَالُوا | اِقْتَالِي | اِقْتَلْ |
| اِسْتَارَا | اِسْتَرْنَ | اِسْتَارُوا | اِسْتَارِي | اِسْتَرْ |
| اِغْتَزِوَا | اِغْتَزِينَ | اِغْتَزُوا | اِغْتَزِي | اِغْتَزِي |
| اِرْتَمِيَا | اِرْتَمِينَ | اِرْتَمُوا | اِرْتَمِي | اِرْتَمِي |
| اِيتَكِلَا | اِيتَكِلْنَ | اِيتَكِلُوا | اِيتَكِلِي | اِيتَكِلْ |
| اِبْتَئِسَا | اِبْتَئِسْنَ | اِبْتَئِسُوا | اِبْتَئِسِي | اِبْتَئِسْ |
| اِهْتَنِئَا | اِهْتَنِئْنَ | اِهْتَنِئُوا | اِهْتَنِئِي | اِهْتَنِئْ |

| Participium Singular. femin. | masc. | Infinitiuus |
| --- | --- | --- |
| مُقْتَصِلَةٌ | مُقْتَصِلٌ | اِقْتِصَالًا |
| مُنْتَصِرَةٌ | مُنْتَصِرٌ | اِنْتِصَارًا |
| مُرْتَغَّةٌ | مُرْتَغٌّ | اِرْتِغَافًا |
| مُتَّسِرَةٌ | مُتَّسِرٌ | اِتِّسَارًا |
| مُتَّرِثَةٌ | مُتَّرِثٌ | اِتِّرَاثًا |
| مُقْتَالَةٌ | مُقْتَالٌ | اِقْتِيَالًا |
| مُسْتَارَةٌ | مُسْتَارٌ | اِسْتِيَارًا |
| مُغْتَزِيَةٌ | مُغْتَزٍ | اِغْتِزَاوًا |
| مُرْتَمِيَةٌ | مُرْتَمٍ | اِرْتِمَايًا |
| مُؤْتَكِلَةٌ | مُؤْتَكِلٌ | اِيتِكَالًا |
| مُبْتَئِسَةٌ | مُبْتَئِسٌ | اِبْتِيَاسًا |
| مُهْتَنِئَةٌ | مُهْتَنِئٌ | اِهْتِنَاءً |

Partici-

| Participium | Futurum | Praeteritum |
| --- | --- | --- |
| مُقْتَصَلٌ | يُقْتَصَلُ | أُقْتُصِلَ |
| مُنْتَصَرٌ | يُنْتَصَرُ | أُنْتُصِرَ |
| مُرْتَقٌّ | يُرْتَقُّ | أُرْتُقَّ |
| مُتَّسَرٌ | يُتَّسَرُ | أُتُّسِرَ |
| مُتَّرَثٌ | يُتَّرَثُ | أُتُّرِثَ |
| مُقْتَالٌ | يُقْتَالُ | أُقْتِيلَ |
| مُسْتَامٌ | يُسْتَامُ | أُسْتِيمَ |
| مُغْتَزًى | يُغْتَزَى | أُغْتُزِيَ |
| مُرْتَمًى | يُرْتَمَى | أُرْتُمِيَ |
| مُوتَكَلٌ | يُوتَكَلُ | أُوتُكِلَ |
| مُبْتَأَسٌ | يُبْتَأَسُ | أُبْتُئِسَ |
| مُهْتَنَأٌ | يُهْتَنَأُ | أُهْتُنِئَ |

# CHRESTOMATHIA
# ARABICA
SIVE
## APPENDIX
VARIA TEXTVVM ARABICORVM
SPECIMINA
CVM LATINA EORVM TRANSLATIONE
ET ADNOTATIONIBVS QVIBVSDAM
EXHIBENS.

أَلْعَالِمُ عَرَفَ ٱلْجَاهِلَ لِأَنَّهُ كَانَ جَاهِلًا وَٱلْجَاهِلُ لَا يَعْرِفُ ٱلْعَالِمَ لِأَنَّهُ لَا كَانَ عَالِمًا ❁

Doctus nouit indoctum, quia indoctus fuit; ſed indoctus non nouit doctum, quia doctus non fuit.

CHRE-

# CHRESTOMATHIA ARABICA.

## I) SPECIMEN CORANICVM.

## CORANI CAPVT PRIMVM

سورة الفاتحة مكية
سبع ايات

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ

1 ٱلْحَمْدُ لِلَّهِ رَبِّ ٱلْعَالَمِينَ ۞
2 ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ ۞ مَالِكِ يَوْمِ ٱلدِّينِ ۞ 3
4 إِيَّاكَ نَعْبُدُ وَإِيَّاكَ نَسْتَعِينُ ۞
5 ٱهْدِنَا ٱلصِّرَاطَ ٱلْمُسْتَقِيمَ ۞ صِرَاطَ 6
7 ٱلَّذِينَ أَنْعَمْتَ عَلَيْهِمْ ۞ غَيْرِ
ٱلْمَغْضُوبِ عَلَيْهِمْ وَلَا ٱلضَّالِّينَ ۞
امين

*Sura initialis Meccensis septem commatibus constans.*

In nomine Dei commiseratoris maximi.

Laus sit Deo, domino creaturarum, commise- 1 2
ratori illi maximo; Directori diei iudicii. Te 3 4
colimus, teque ipsum imploramus. Dirige nos 5
in viam rectam. In viam eorum, erga quos 6
gratiosum te exhibes; quibus non es iratus; 7
non autem in *viam* errantium.

Amen.

## ADNOTATIONES.

I) de variis huius surae primae editionibus.

Hoc nimirum Corani caput primum ex Alcorano, quem totum debemus ABRAH. HINCKELMANNO 1694. in 4. Hamburg. et LVDOV. MARACCIO 1698. in fol. Patauii, seorsim nobis exhibuit

1) PETR. KIRSTENIVS, a quo habemus *tria specimina characterum Arabicorum, siue orationem domini nostri, Iesu Christi, et Psalmum quinquagesimum, vel secundum Hebraeos LI, et tandem primum suuretu, libri vulgo Alcoran dicti* 1608. in fol. Bresl. vbi inscriptio nostrae surae ab aliis longe recedens haec est: *Suuretu apertionis septem miraculorum plenorum.*

2) THOM. ERPENIVS, qui *Historiae Iosephi patriarchae ex Alcorano Arabice cum triplici versione Latina et scholiis* 1617. in 4. *Leidae ex sua typo-*

*typographia editae* subiunxit Suram nostram. Versiones quatuor latinas, et notas paucas addidit.

3) MATTH. WASMVTHVS, in cuius *Grammatica Arabica*, quae 1654. in 4. Amstelodami impressa est, sura haec circa finem deprehenditur.

4) HENNING BENNINGIVS, qui in *Muhammedano precante* siue *libro precationum Muhammedicarum* (Arabice et Latine cum multis annotationibus 1666. in 8. Sleswigae in publicam lucem prolato, statim ab initio suram nostram suppeditauit.

5) IOH. ANDR. DANZIVS noster, qui initium *Alcorani* Arabice et Latine 1692. in 4. sine titulo et nomine euulgauit, vbi prima sura et pars secundae a versu 1. vsque ad 66. continetur. De quo labore IOH. MICH. LANGE in *Dissert. historico-philologico-theologica de speciminibus, conatibus variis, atque nouissimis successibus doctorum quorundam virorum in edendo Alcorano Arabico* 1704. in 4. Altdorf. habita, §. 30. pag. 27. seqq. scribit: „Nomen in hoc doctorum virorum catalogo etiam habet celeberrimus Ienensium professor, Dn. IOH. ANDR. DANZIVS, cuius specimen ante hos duodecim annos passim doctis communicatum magnam hinc inde expectationem suscitauit. conf. Dn. TENZELIVM in *Dialogis*, quos patrio sermone edidit sub titulo: *Monatliche Unterredungen*

anno 1692. p. 917. Sed nescio, quo fato sinistro sit ille labor suppressus. Adeo enim non sequebatur totus Alcoranus Arabico - Latinus, vt ne quidem specimen fuerit absolutum, quod exhibere debuerat post *suratam perbreuem prooemialem*, omnium prolixissimum, nempe *Suratam Vaccae* quae est 280 (alii plures numerant) *versiculorum*. Vsus est, si bene memini, codicibus Arabicis manuscriptis tribus, ex quibus per tres plagulas dimidiatas (quae, quantum noui, solum [1] prodierunt) cum versione noua Latina dedit Suratam prooemialem totam, et ex secunda surata versiculos circiter sexaginta sex. Textus Arabicus habet sic sibi substratam interpretationem Latinam in hoc effecto specimine, quemadmodum Syriaco textui Latina interpretatio in editione N. T. Trostiana addita conspicitur. Abruptioni, vt puto, occasionem dedit labor Hinckelmannianus, qui primus omnium emersit, vt totum Alcoranum Arabicum impressum sisteret orbi docto conspiciendum.„

6) IO. DAV. SCHIEFFERDECKERVS, qui in *appendice nuclei institutionum Arabicarum* 1695. in 8. Cizae publicati p. 177. sqq. non solum ipsam orationem Arabicam nostrae surae exhibuit, sed etiam notis illustrauit.

7) ANDR. ACOLVTHVS, qui edidit *Tétrapla Alcoranica*, siue *specimen Alcorani quadrilinguis*, *Arabici*, *Persici*, *Turcici*, *Latini*. Et

hoc

hoc specimen continet Suram nostram quatuor dictis linguis, cum notis quibusdam, et variis aliis ad editionem Alcorani facientibus, ac impressum est 1701. in fol. Berolini.

8) IOH. ANDR. MICH. NAGELIVS, sub cuius praesidio *Dissertatio inauguralis de prima Alcorani sura* 1743. in 4. 7 plag. Altorf. a Iac. Christoph. Guiliel. Holste fuit defensa. Textus surae huius non arabicis litteris sed hebraicis potius descriptus est eodem modo, quo vsus est BECKIVS in edendis suris 30 et 48. sub hoc titulo: *Matth. Frid. Beckii specimen Arabicum, hoc est, bina capitula Alcorani XXX. de Roma et XLIIX. de victoria, e IV. codicibus MSS. Arabice descripta, Latine versa, et notis animaduersionibusque locupleta. His nostris temporibus, quibus imperium Romano-Germanicum victorias contra Muhamedanos prosequitur, accommodatum argumentum 1688. in 4. Augustae Vindelic.* Diligentissime autem totam suram eiusque textum illustrauit auctor celeberrimus, variantes lectiones sollicite indicauit, et 15. versiones latinas subiunxit.

9) IVSTVS FRIDER. FRORIEP, qui *Corani caput primum, et secundi versus priores, Arabice et Latine cum animaduersionibus historicis et philologicis nec non notarum coranicarum ad vetus testamentum specimine* edidit 1768. in 8. 5. plagul. Lipsiae.

II.) de enucleandis rebus et idiotismis in hac sura obuiis.

1) Priora duo inscriptionis vocabula legimus ٱلْفَاتِحَةِ سُورَةُ *sura aperiens* siue *initialis* in nominatiuo, sine nunnatione, §. 35, II, 4. vbi alterum vocabulum retinere potest articulum, si illud tanquam participium vel adiectiuum spectatur. Qui vero vocabulum illud tanquam substantiuum considerant, eidemque cum ACOLVTHO, DANZIO, HENNINGIO, HINCKELMANNO et SCHIEFFERDECKERO subiungunt ٱلْكِتَابِ sura apertrix *libri*, vel *caput initii libri*, articulum in vocabulo nostro secundo omittere debent, §.70. II, 2. Inde diiudicandum est monitum ACOLVTHI in *Tetraplis Arabicis* p. 4. Ratio denominationis, cur sura haec prima vocetur *aperiens*, haec est, quod aperto libro statim ab initio lectori illius eadem occurrat. Vulgo etiam caput hoc initiale appellatur أُمُّ ٱلْكِتَابِ *mater libri*, quod ex eo reliqua omnia tanquam a matre ortum habeant. Quae appellatio aliorum etiam librorum initiis deinde attributa est. Magno in honore Mohammedanis habetur, saepiusque ab illis repetitur, caput hocce, ideoque etiam أَسَاسٌ *fundamentum*, كَنْزٌ *thesaurus*

وَافِيَةٌ

وَافِيَة *perfectio*, et كَافِيَة idem, etc. vocatur. confer. THOM. ERPENIVS in *Historia Iosephi Patriarchae* pag. penultima a fine.

2) Tertium inscriptionis vocabulum pro nostra quidem scriptione a DANZIO et MARACCIO desumta legendum est مَكِّيَة *Meccensis* vel *Meccana*, quo indicatur, hanc suram primam in مَكَّة *Mecca*, quae celeberrimum est Arabiae emporium, a Mohammede esse confectam. Solent enim omnes surae Alcorani in *Meccenses* et *Medinenses* diuidi, atque obseruandum est, nostram etiam suram secundum alios esse *Medinensem*. conf. THOM. ERPENII *Annotationes in Histor. Iosephi* fol. 3. BECKIVS in Notis atque animaduersionibus in capitulum Alcorani XXX. p. 13. et in capitulum Alcorani XLIIX. p. 9. et NAGELIVS in Dissert. cit. §. 10.

3) Vltima duo inscriptionis vocabula سبع آيات §. 63. quorum posterius Ebraeorum vocabulo אוֹת respondet, ordinarie redduntur in genitiuo *septem versuum*. Et ex notissimo idiotismo cum Ebraeis communi facile diludicari potest, quod *sura septem commatum* recte vertatur *sura septem commatibus constans*, vel septem commata continens. §. 22. *Interpr. Danz.*

4) Formula praeliminaris, *in nomine dei mi-ſeratoris miſericordis* in toto Alcorano omnibus CXIV. ſuris, ſola IX. excepta, eſt praemiſſa, atque Mohammedanis deinceps adeo familiaris ac ſolemnis facta eſt, vt nullius fere operis ſucceſſum felicem eſſe poſſe arbitrentur, niſi hac praemiſſa ſententia id ſit inchoatum. Vnde in librorum initiis, Salomonem, vti aiunt, imitati ſemper eandem adhibent; et quiduis facturi perpetuo in ore habent. Sicut autem in ſimili Ebraeorum et Chriſtianorum formula בשם שמים *in nomine coeli*, בשם יי *in nomine dei*, בגבורת השם *ope dei*, vel *adiuuante deo*, etct. *in nomine Dei patris, filii, et ſpiritus ſancti*, aliquid ſubintelligitur, ſcil. incipiam hoc vel illud opus; ita de hac Arabum formula idem quoque iudicandum, et concedendum eſt, eandem reſpondere formulae latinae: *quod Deus fauſtum atque fortunatum eſſe iubeat! quod Deus bene feliciterque vertere iubeat!* etct. Et vltima duo in hac formula vocabula رَحْمٰن *miſerator* et رَحِيم *miſericors*, tanquam voces ſynonymicae, commode vertuntur *miſerator maximus*, vel *longe clementiſſimus*, ſiue *ſumme miſericors*. conf. §. 18. *Interpr. Danz.*

5) *Ad verſ.* 1. Vocabulum ſecundum vertitur in datiuo §. 65. eidemque additur verbum ſubſtantiuum §. 177. *Interpr. Danz.* Vltimum vero

vero commatis huius vocabulum in singulari عالم significat *mundum*, *vniuersum a Deo creatum*; et ex sententia THOM. ERPENII l. c. quam refert etiam celeb. FROBIEP l. c. p. 35, ex illo *plurale fit*, *non ad significandam mundorum pluralitatem*, *sed entium creatorum*, *ex quibus mundus constat*, *diuersitatem*. *Itaque* عالمون *est entia creata omnia*, *creaturae omnes*, *quas lingua Hebr. vocat exercitus*, *itaque* رب العالمين *idem est quod* יהוה צבאות *dominus exercituum*. Nisi quis forsitan pluralem *domino mundorum* reddere velit *domino mundi amplissimi siue totius*. §. 37. Interpr. Danz.

6) *Ad vers. 4.* Duo Futura in hoc commate obuia recte per Praesens exprimuntur §. 75. Et quia particula إيا respondet Ebraeorum particulae את, vocabulum وإياك vertimus *teque ipsum* §. 118. I. *Interpr. Danz.*

7) *Ad vers. 5. 6. 7.* Sicut vocabulum *via* in Codice sacro varias obtinet significationes, et per viam dei saepe indicatur religio vera; ita quoque Mohammed per *viam rectam*, siue semitam rectificatam, hoc loco nihil aliud intelligit quam religionem suam in Corano traditam. Et vt appareat, cuiusmodi sit haec via siue religio, de illa addit, quod sit religio amicorum Dei, eidemque opponit religionem alio-

 rum,

rum, quos vocat errantes. Ad istos respiciunt verba: *in viam eorum erga quos gratiosum te exhibes*, (§. 178. §. 19. II, 2. §. 162, I. Interpr. Danz.) *quibus non es iratus*. Quibus verbis simul recte innuere voluit impostor, eos qui Deum benignum experiri, eiusque gratiam expectare, et iram istius euitare volunt; religionem Mohammedanam amplecti debere; quod alibi expresse docuit. Licet vero nobiscum quidam in eo iam consentiant, quod verba priora commatis septimi cum antecedentibus connectantur, in quorum numerum ACOLVTHVS, DANZIVS, ERPENIVS, POSTELLVS, et SCHIEFFERDECKERVS, pertinent; circa explicationem horum vocabulorum tamen illi aeque ac alii interpretes in diuersissimas abeunt partes, et dissensum eorum maximum quilibet istos consulens facile perspiciet. Insignem difficultatem creauit primum commatis septimi vocabulum غير, circa quod discrepant eruditi et in lectione et in significatione. Plurimi cum HINCKELMANNO legunt غَيْرِ in genitiuo; sed ob nimiam huius lectionis obscuritatem secundum regulas grammaticas elegi lectionem غَيْرُ in nominatiuo omissa nunnatione §. 35. II, 1. et 4. quam lectionem etiam scitum MARACCIO expressit cl. FRORIEP. Atque sic significatus nominis vsitatus, quo غَيْرُ

indi-

indicat mutationem, diuersitatem, priuationem, commode retineri potest. Vocabulum sequens, quod formam participii passiui exhibet, alii in significatu participii ipsius iratus, ad iram prouocatus, retinere, alii vero per nomen verbale, quod idem esset ac ira, exprimere illud malunt. Et in hoc casu posteriori tria vocabula priora commatis septimi secundum syntaxin consuetam cum Ebraeis communem verti possunt: *erga quos est permutatio irae* §. 178. §. 19. II, 2. §. 177. *Interpr. Dunz.* Siue vero quis hanc versionem admittat, siue verba haec reddere velit: *erga quos est mutatio irati*, vel *quibus non es iratus*; vtroque casu asseclas suos describit Mohammed tanquam amicos Dei, quibus ira eius non incumbit, quosque eadem non persequitur Deus.

Circa vltimum tandem commatis huius septimi vocabulum adhuc obseruamus, quod ante illud *viam* ex antecedentibus repetamus, quam ellypsin forma genitiui in vocabulo nostro inde dependens requirit §. 62. Ideoque pro confirmanda translatione nostra *non autem in viam errantium* conferri potest §. 149. II, 3. §. 170. *Interpr. Dunz.* Per errantes vero tam Iudaeos quam Christianos intelligit doctor errans; quia illi a Mosis, hi vero a Christi doctrina ex mente Mohammedis eiusque asseclarum aberrarunt.

g) De vocula الضالين cum ALOLYTHO, DANIZIO, ... [illegible] SCHULT[illegible]

FERDECKERO, et WASMUTHO, in fine surae huius adsumta, quae أَمِينَ non autem آمِينَا neque أَمِّينَ legenda est, addimus, illam conuenire cum Ebraico אָמֵן, et nominis أَمِين accusatiuum omissa nunnatione proprie constituere. Hoc itaque vocabulum vel aduerbialiter sumitur *vere* §. 84. et II, 5. §. 35. II, 5. vel sicut Ebraicum אָמֵן reddi potest *verum sit* §. 15. et §. 177. *Interpr. Danz.*

III) de analysi grammatica vocabulorum in hac sura obuiorum.

Vt tironibus sit specimen, ex quo perspicere queant, qua ratione completa vocis cuiuslibet analysis secundum regulas nostras grammaticas institui possit; analysin omnium in hac sura obuiorum vocabulorum suppeditabo.

بِسْمِ *in nomine*) est nomen إِسْم a radice سَمَي *nominauit*, ablatiui f. genitiui casus, in statu constructo positum, cum praefixo بِ. Ablatiuus nimirum fit إِسْمٍ §. 33. B. I, 2. et in statu constr. إِسْمِ §. 34. et §. 35. II, 1. et 4. in quo, quando praefigitur بِ cum kesre §. 50. II, 1:

II, 1. Elif accipit Wesla §. 14. II. et obs. 1. vt esset بِاسْمِ, pro quo nostrum tandem prouenit بِسْمِ §. 56. 1, a.

أَللّٰهِ dei) est nomen أَلَهٌ a rad. أَلَهَ coluit, veneratus est, genitiui casus, cum praefixo articulo أَلْ. In genitiuo nimirum est إِلَهٍ §. 33. B. I, 2. et cum articulo collat. §. 38, 2. et obs. 2. §. 11. II, 1. β. §. 9. obs. 2. §. 35. II, 4. أَللّٰهِ, ex quo nostrum oritur vocabulum §. 14. I. et II. obs. 1.

أَلرَّحْمَنِ misteratoris) est nomen رَحْمَن a rad. رَحِمَ misertus est §. 41. III, 1. α. genitiui casus, cum praefixo articulo أَلْ. In genitiuo nimirum est رَحْمَنٍ §. 33. B. I, 2. et cum articulo collat. §. 38, 2. §. 11. II, 1. β. §. 9. obs. 2. §. 35. II, 4. أَلرَّحْمَنِ. Vnde nostrum deinceps prouenit vocabulum §. 14. I. et II. obs. 1.

أَلرَّحِيمِ

anno 1692. p. 917. Sed nescio, quo fato sinistro sit ille labor suppressus. Adeo enim non sequebatur totus Alcoranus Arabico - Latinus, vt ne quidem specimen fuerit absolutum, quod exhibere debuerat post *suratam perbreuem prooemialem*, omnium prolixissimum, nempe *Suratam Vaccae* quae est 280 (alii plures numerant) *versiculorum*. Vsus est, si bene memini, codicibus Arabicis manuscriptis tribus, ex quibus per tres plagulas dimidiatas (quae, quantum noui, solum[1] prodierunt) cum versione noua Latina dedit Suratam prooemialem totam, et ex secunda surata versiculos circiter sexaginta sex. Textus Arabicus habet sic sibi substratam versionem Latinam in hoc affecto specimine, quemadmodum Syriaco textui Latina interpretatio in editione N. T. Trostiana addita conspicitur. Abruptioni, vt puto, occasionem dedit labor Hinckelmannianus, qui primus eoque emersit, vt totum Alcoranum Arabicum impressum sisteret orbi docto conspiciendum.,,

6) IO. DAV. SCHIEFFERDECKERVS, qui in *appendice nuclei institutionum Arabicarum* 1695. in 8. Cizae publicati p. 177. sqq. non solum ipsam orationem Arabicam nostrae surae exhibuit, sed etiam notis illustrauit.

7) ANDR. ACOLVTHVS, qui edidit Té-τραπλα *Alcoranica*, siue *specimen Alcorani quadrilinguis*, *Arabici*, *Persici*, *Turcici*, *Latini*. Et

hoc

hoc specimen continet Suram nostram quatuor dictis linguis, cum notis quibusdam, et variis aliis ad editionem Alcorani facientibus, ac impressum est 1701. in fol. Berolini.

8) IOH. ANDR. MICH. NAGELIVS, sub cuius praesidio *Dissertatio inauguralis de prima Alcorani sura* 1743. in 4. 7 plag. Altorf. a Iac. Christoph. Guiliel. Holste fuit defensa. Textus surae huius non arabicis litteris sed hebraicis potius descriptus est eodem modo, quo usus est BECKIVS in edendis suris 30 et 48. sub hoc titulo: *Matth. Frid. Beckii specimen Arabicum, hoc est, bina capitula Alcorani XXX. de Roma et XLIIX. de victoria, e IV. codicibus MSS. Arabice descripta, Latine versa, et notis animaduersionibusque locupleta: His nostris temporibus, quibus imperium Romano-Germanicum victorias contra Muhamedanos prosequitur, accommodatum argumentum* 1688. in 4. *Augustae Vindelic.* Diligentissime autem totam suram eiusque textum illustrauit auctor celeberrimus, variantes lectiones sollicite indicauit, et 15. versiones latinas subiunxit.

9) IVSTVS FRIDER. FRORIEP, qui *Corani caput primum, et secundi versus priores, Arabice et Latine cum animaduersionibus historicis et philologicis nec non notarum coranicarum ad vetus testamentum specimine* edidit 1768. in 8. 5. plagul. Lipsiae.

II.) de enucleandis rebus et idiotismis in hac sura obuiis.

1) Priora duo inscriptionis vocabula legimus سورة الفاتحة *sura aperiens* siue *initialis* in nominatiuo, sine nunnatione, §. 35. II, 4. vbi alterum vocabulum retinere potest articulum, si illud tanquam participium vel adiectiuum spectatur. Qui vero vocabulum illud tanquam substantiuum considerant, eidemque cum ACOLVTHO, DANZIO, HENNINGIO, HINCKELMANNO et SCHIEFFERDECKERO subiungunt الكتاب sura apertrix *libri*, vel *caput initii libri*, articulum in vocabulo nostro secundo omittere debent, §. 70. II, 2. Inde diiudicandum est monitum ACOLVTHI in *Tetraplis Arabicis* p. 4. Ratio denominationis, cur sura haec prima vocetur *aperiens*, haec est, quod aperto libro statim ab initio lectori illius eadem occurrat. Vulgo etiam caput hoc initiale appellatur أم الكتاب *mater libri*, quod ex eo reliqua omnia tanquam a matre ortum habeant. Quae appellatio aliorum etiam librorum initiis deinde attributa est. Magno in honore Mohammedanis habetur, saepiusque ab illis repetitur, caput hocce, ideoque etiam أساس *fundamentum*, كنز *thesaurus* وافية

ﺍﻭﺍﻗﻴﺔ *perfectio*, et ﻛﺎﻓﻴﺔ idem, etc. vocatur. confer. THOM. ERPENIVS in *Historia Iosephi Patriarchae* pag. penultima a fine.

2) Tertium inscriptionis vocabulum pro nostra quidem scriptione a DANZIO et MARACCIO desumta legendum est ﻣﻜﻴﺔ *Meccensis* vel *Meccana*, quo indicatur, hanc suram primam in ﻣﻜﺔ *Mecca*, quae celeberrimum est Arabiae emporium, a Mohammede esse confectam. Solent enim omnes surae Alcorani in *Meccenses* et *Medinenses* diuidi, atque obseruandum est, nostram etiam suram secundum alios esse *Medinensem*. conf. THOM. ERPENII *Annotationes in Histor. Iosephi* fol. 3. BECKIVS in Notis atque animaduersionibus in capitulum Alcorani XXX. p. 13. et in capitulum Alcorani XLIIX. p. 9. et NAGELIVS in Dissert. cit. §. 10.

3) Vltima duo inscriptionis vocabula ﺳﺒﻊ ﺁﻳﺎﺕ §. 63. quorum posterius Ebraeorum vocabulo אות respondet, ordinarie redduntur in genitiuo *septem versuum*. Et ex notissimo idiotismo cum Ebraeis communi facile diiudicari potest, quod *sura septem commatum* recte vertatur *sura septem commatibus constans*, vel *septem commata continens*. §. 22. *Interpr. Dan*.

 4) For-

وَلَا *et non*) est particula respondens Chald. לָא et Ebr. לא, cum praefixo و §. 50. II, 3.

ٱلضَّآلِّينَ *errantium*) est a rad. ضَلَّ pro ضَلَلَ *erravit* participium activum coniug. I. pluralis numeri, genitivi casus, cum praefixo articulo أَلْ. Quod in singulari est ضَالٌّ §. 45, 1. Iam confer. §. 33. B. II, 2. §. 38, 2. §. 11. II, 1. β. §. 9. obs. 2. §. 14. I.

# CORANI.

## CAPVT SECVNDVM

سورة البقرة وهي

مايتان وثمانون ايات مكية

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ

1 الٓمٓ ذَٰلِكَ ٱلْكِتَابُ لَا رَيْبَ فِيهِ

*Sura de vacca, quae est*
*ducentorum et octoginta versuum, Meccensis.*

In nomine dei miseratoris misericordis.

1 Hic est liber ille, in quo sine dubio *est* directio vera

2 هُدًى لِلْمُتَّقِينَ ۞ اَلَّذِينَ يُؤْمِنُونَ
بِالْغَيْبِ وَيُقِيمُونَ الصَّلٰوةَ وَمِمَّا رَزَقْنَاهُمْ
3 يُنْفِقُونَ ۞ وَالَّذِينَ يُؤْمِنُونَ بِمَا أُنْزِلَ
إِلَيْكَ وَمَا أُنْزِلَ مِنْ قَبْلِكَ وَبِالْآخِرَةِ
4 هُمْ يُوقِنُونَ ۞ أُولَئِكَ عَلَي هُدًى مِنْ
5 رَبِّهِمْ وَأُولَئِكَ هُمُ الْمُفْلِحُونَ ۞ إِنَّ
الَّذِينَ كَفَرُوا سَوَآءٌ عَلَيْهِمْ أَأَنْذَرْتَهُمْ
6 أَمْ لَمْ تُنْذِرْهُمْ لَا يُؤْمِنُونَ ۞ خَتَمَ اللَّهُ عَلَي
قُلُوبِهِمْ وَعَلَي سَمْعِهِمْ وَعَلَي أَبْصَارِهِمْ

2 vera piis; qui credunt in myſterium, ac inſi-
ſtunt precibus, et de eo, quod largiti ſumus il-
3 lis, erogant. Et qui credunt in illud quod de-
miſſum eſt ad te, et quod demiſſum eſt ante te,
4 etiamque nouiſſima illi certo agnoſcunt. Illi ipſi
diriguntur a domino ſuo, iidemque ſunt felices.
5 Sed illis, qui infideles ſunt, perinde eſt, ſiue
commonueris illos, ſiue non admonueris ipſos;
6 nequaquam credent. Obſignauit Deus corda il-

S 2 lorum,

7 غِشَاوَةٌ وَلَهُمْ عَذَابٌ عَظِيمٌ * وَمِنَ
ٱلنَّاسِ مَنْ يَقُولُ آمَنَّا بِٱللَّهِ وَبِٱلْيَوْمِ
8 ٱلْآخِرِ وَمَا هُمْ بِمُؤْمِنِينَ * يُخَادِعُونَ
ٱللَّهَ وَٱلَّذِينَ آمَنُوا وَمَا يَخْدَعُونَ إِلَّا
9 أَنْفُسَهُمْ وَمَا يَشْعُرُونَ * فِي قُلُوبِهِمْ مَرَضٌ
فَزَادَهُمُ ٱللَّهُ مَرَضًا وَلَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ
10 بِمَا كَانُوا يَكْذِبُونَ * وَإِذَا قِيلَ لَهُمْ لَا
تُفْسِدُوا فِي ٱلْأَرْضِ قَالُوا إِنَّمَا نَحْنُ

lorum, et auribus eorum atque oculis eorum im-
positum est tegumentum; ipfosque fupplicium
7 magnum expectat. Sunt quidem nonnulli, qui
dicunt: credimus in Deum et in diem nouif-
8 fimum; fed non funt credentes. Decipere vo-
lunt Deum et eos qui credunt; fed non deci-
9 pient nifi feipfos: nec animaduertunt. In cor-
dibus eorum *eft* morbus, et auget in illis Deus
morbum; ipfisque *erit* fupplicium dolorificum,
10 eo quod agebant fallaciter. Quodfi dicatur
illis, nolite corrupte viuere in terra; dicunt,
pro-

11 مُصْلِحُونَ * أَلَا إِنَّهُمْ هُمُ الْمُفْسِدُونَ
12 وَلٰكِن لَا يَشْعُرُونَ * وَإِذَا قِيلَ لَهُمْ آمِنُوا
كَمَا آمَنَ النَّاسُ قَالُوا أَنُؤْمِنُ كَمَا آمَنَ
السُّفَهَاءُ أَلَا إِنَّهُمْ هُمُ السُّفَهَاءُ وَلٰكِن
13 لَا يَعْلَمُونَ * وَإِذَا لَقُوا الَّذِينَ آمَنُوا
قَالُوا آمَنَّا وَإِذَا خَلَوْا إِلَى شَيَاطِينِهِمْ
قَالُوا إِنَّا مَعَكُمْ إِنَّمَا نَحْنُ مُسْتَهْزِئُونَ *
14 اللَّهُ يَسْتَهْزِئُ بِهِمْ وَيَمُدُّهُمْ فِي طُغْيَانِهِمْ

11 profecto nos probi sumus. Enimvero vtique illi
12 perdite viuunt; sed non animaduertunt. Et
quum dicitur illis, credite, sicut alii crediderunt, respondent: an credamus, sicut credunt stulti? Enimvero vtique ipsi sunt stolidi; sed
13 non intelligunt. Quumque obuios habent eos
qui credunt, dicunt: credimus; sed quum seorsim diuertunt ad peruicaces suos, inquiunt, omnino nos facimus vobiscum, profecto irride-
14 mus *eos*. Deus irridebit illos, quamuis patienter ferat eos in exorbitantia sua huc illucue va-

15 يَعْمَهُونَ * أُولَئِكَ ٱلَّذِينَ ٱشْتَرَوُا
ٱلضَّلَالَةَ بِٱلْهُدَى فَمَا رَبِحَتْ تِجَارَتُهُمْ
16 وَمَا كَانُوا مُهْتَدِينَ * مَثَلُهُمْ كَمَثَلِ
ٱلَّذِي ٱسْتَوْقَدَ نَارًا فَلَمَّا أَضَاءَتْ مَا
حَوْلَهُ ذَهَبَ ٱللَّهُ بِنُورِهِمْ وَتَرَكَهُمْ
17 فِي ظُلُمَاتٍ لَا يُبْصِرُونَ * صُمٌّ بُكْمٌ
18 عُمْيٌ فَهُمْ لَا يَرْجِعُونَ * أَوْ كَصَيِّبٍ مِنَ
ٱلسَّمَاءِ فِيهِ ظُلُمَاتٌ وَرَعْدٌ وَبَرْقٌ يَجْعَلُونَ

15 gantes. Illi ipsi sunt, qui coëmunt errorem
pro via recta; sed nihil lucratur negociatio eo-
16 rum: nec fuerunt recte ducti. Similes sunt ei,
qui accendit lucem, sed postquam illuminauit
quae circa illum sunt, aufert Deus lucem ipso-
rum, et relinquit eos in tenebris, *vt* non vi-
17 deant. Surdi, muti, coeci sunt, ideoque non
18 reuertentur. Aut *similes sint illis* qui, quum nu-
bes pluuiam fundens de coelo adest, in qua est
tonitru et fulgur, imponunt digitos suos auri-
bus suis ob fragorem prae timore mortis; Deus-
que

أَصَابِعَهُمْ فِي آذَانِهِمْ مِنَ ٱلصَّوَاعِقِ حَذَرَ
ٱلْمَوْتِ وَٱللَّهُ مُحِيطٌ بِٱلْكَافِرِينَ *
19 يَكَادُ ٱلْبَرْقُ يَخْطَفُ أَبْصَارَهُمْ كُلَّمَا
أَضَاءَ لَهُمْ مَشَوْا فِيهِ وَإِذَا أَظْلَمَ عَلَيْهِمْ قَامُوا
وَلَوْ شَاءَ ٱللَّهُ لَذَهَبَ بِسَمْعِهِمْ وَأَبْصَارِهِمْ
إِنَّ ٱللَّهَ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ *
20 يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ ٱعْبُدُوا رَبَّكُمُ ٱلَّذِي
خَلَقَكُمْ وَٱلَّذِينَ مِنْ قَبْلِكُمْ لَعَلَّكُمْ

19 que optime nouit incredulos istos. Parum aberat, quin fulgur abriperet visum ipsorum. Quotiescunque lux affulsit illis, ambulant in ea; sed quando caligo illis ingruit, stare solent. Hinc si vellet Deus, auferre posset auditum eorum ac visum eorum, siquidem Deus super quamcunque rem *est* potens.
20 Agite dum o homines! colite dominum vestrum, qui creauit vos, et illos qui ante vos fuerunt; forsitan vos reli-

 giosi

تَتَّقُونَ * ٱلَّذِي جَعَلَ لَكُمُ ٱلْأَرْضَ 21

فِرَاشًا وَٱلسَّمَآءَ بِنَآءً وَأَنْزَلَ مِنَ ٱلسَّمَآءِ

مَآءً فَأَخْرَجَ بِهِ مِنَ ٱلثَّمَرَاتِ رِزْقًا لَكُمْ

فَلَا تَجْعَلُوا لِلَّهِ أَنْدَادًا وَأَنْتُمْ

تَعْلَمُونَ *

21 giosi eritis. Qui dedit vobis terram in stratum, et coelum in fornicem, et dimittit de coelo aquam, per quam producit fructus in victum vobis. Ne igitur ponite Deo pares; nam vos gnari estis.

## ADNOTATIONES MISCELLANEAE.

1) Inscriptionem huius surae e specimine Danziano, cuius mentionem feci ad Sur. I. Adnot. I, 5. retinui; sed negare nolo, illam esse diuersam tam ab illa quae apud HINCKELMANNVM legitur, quam ab illa quae apud MARACCIVM et, qui eum sequitur, FRORIEPIVM, deprehenditur. MARACCIVS vocabulum وهي omittit, et loco eius vocabulum nostrum vltimum مكية in medio collocat, sed inter duo nostra numeralia inserit aliud وستّ. Idem numerale insertum inuenimus in HIN-

EKELMANNO, qui vero illa duo vocabula mox nominata plane omisit, et hancce nobis suppeditauit inscriptionem: سورة البقرة مايتان وست وثمانون ايات Nec mirum hoc inscriptionis discrimen cuidam rei perito videbitur, quippe quem fugere non potest, tam in loco traditionis surarum assignando, quam in eorum versibus enumerandis, valde inter se dissentire Corani interpretes. Caeterum notandum est, genitiuum in duobus prioribus huius inscriptionis vocabulis *sura vaccae*, ex syntaxi satis cognita, de industria translatum esse *sura de vacca*. conf. §. 22. *Interpr. Danz.* Qui titulus e commate 66. et seqq. vbi *vaccae rufae* fit mentio, desumtus est. Sed ipsa huius vaccae historia, quam multis fabulis mendaciisque mixtam refert Mohammed, petenda est ex *Num.* 19. Adde adhuc, quod praeter DANZIVM et FROERIEPIVM, supra nominatos p. 259. et 261. celeberrimus Gottingensium philologus IOAN. DAV. MICHAELIS huius surae commata centum et nouem versione latina et notis in peculiari Dissert. etiam illustrauerit, quam eo praeside publice defendit *Olaus Domey* Suecus sub tit. *Noua versio partis surae II. Corani, cum illustrationibus subiectis: specimen nouae versionis totius Corani.* 1754. in 4.

2) *ad versum* 1). Tres priores litterae *Medda* notatae, ab initio huius commatis apparentes, sic dictam abbreuiaturam efficiunt §. 13. I, 2.

quae teste GOLIO in Lexic. Arab. p. 143. *Interpretum quibusdam notat* انا الله اعالم *ego Deus sapientissimus; aliis* الله لطيب مجيب *Deus clemens exaudiens; nonnullis* الله جبرايل محمد *Deus, Gabriel, Mohammed. at quid reuera istae notae velint, certo haud scire se, et soli Deo constare, tradunt omnes.* Eadem abbreuiatura, vel scribendi compendium, in aliis quoque capitulis XXX. XXXI. etct. conspicitur, et de eiusmodi characteribus conferri potest BECKIVS l. c. in spec. primo p. 14. 15. MARACCIVS in Notis ad h. l. p. 11. THOM. ERPENIVS in Historia Iosephi Patriarchae. fol. vltimo plagulae L.

3) *ad eundem versum* 1). Vocabulum لِلْمُتَّقِينَ *piis* est participium plurale coniugat. VIII. cuius singularis مُتَّقِي a rad. وقي *cauit, sperauit*, et in coniug. VIII. absolute *timuit, coluitque Deum*, descendit collat. §. 46. II. obs. 2. §. 48. I, 3. vnde pluralis in datiuo مُتَّقِينَ oritur §. 33. B. II, 2. §. 48. II, 1. et 2. obs. 3. cui additur articulus أَلْ cum praefixo لِ §. 38, 2. §. 50. II, 1. §. 14. I. et III. not. 2. In versione latina antiqua Alcorani a THEODOR. BIBLIANDRO edita translatum est vocabulum hoc

hoc *quibus inest amor diuinus*, a MARACCIO autem, MICHAELIS et FRORIEPIO *timentibus*, per quos timentes recte intelligit DANZIVS noster *pios* siue religiosos germanice *Gottesfürchtige*, quos Mohammed in sequentibus statim describit vlterius. Et vocabulum praecedens هُدًى, quod a rad. هَدَى *recta duxit*, *bene direxit*, descendit, quodque ab auctoribus mox nominatis redditur *directio*, innuit *directionem veram*, *viamque rectam* ideoque haud male a DANZIO vertitur *directio ad salutem*.

4) *ad versum* 2.) Vocabulum بِٱلْغَيْبِ *in mysterio* est nomen غَيْبٌ a rad. غَابَ *latuit*, *occultum fuit*, genitiui vel datiui casus, cum praefixo articulo et ل collat. §. 33. B. I, 2. §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 50. II, 1. §. 14. I. ideoque generatim omnes res occultas, resque futuras a Deo praedictas, quarum nullam homines sibi relicti, aut sine reuelatione diuina, habent cognitionem et praescientiam. In connexione igitur hic obuia totus Coranus, quem pro reuelatione diuina iactitat impostor, per *mysterium* commode potest intelligi.

5) *ad eundem vers.* 2.) Vocabulum ٱلصَّلَوٰةَ *precatio* est nomen صَلَوٰةٌ et صَلَاةٌ a rad. صَلَّى pro صَلَّوَ *precatus fuit*, *benedixit*, §. 48. I, 1.

I, 1. accusatiui casus, cum praefixo articulo §. 33. B. I, 3. §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 11. II, 1. & §. 9. obs. 2. §. 14. I. Et verbum praecedens

ويقيمون quod est a rad. قام stetit 3. person. plural. mascul. Futuri coniug. IV. collat. §. 47. I, 1. §. 50. II, 3. cum vocabulo hocce constructum recte vertitur a DANZIO nostro *et insistunt precibus*. Licet vero fatendum omnino sit, quod inter precandum stare soleant Orientis populi; prouti ex CHRIST. BENED. MICHAELIS Dissert. ritualia quaedam codicis sacri ex Corano illustrante §. 14. et HADR. RELANDI Tract. de religione Mahommedica p. 87. sq. patet; nullam tamen video necessitatem nostrum loquendi modum hic obuium cum celeberr. IOH. DAV. MICHAELIS et FRORIEPIO ad hunc precandi ritum restringendi, haeceque verba vertendi *et stantes precationem peragunt*, quippe quae generatim potius indicant tantum *permanere in precibus* siue insistere iisdem, germanice *im Gebeth verharren, über dem Gebeth bleiben*, siue *anhaltend bethen*. Ideoque etiam infra *vers.* 42. vbi idem loquendi modus occurrit, verbis *insistite precibus* speciatim adhuc additur: et afferte donationes legi impositas, *et inclinati adorate cum adorantibus aliis.*

6) *ad versum 3*). Vocabulum وبالآخرة

est

est nomen آخرة a rad. أخر *postposuit*, *distulit*, *reiecit*, genitiui casus, cum triplici praefixo collat. §. 33. B. I, 2. §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 50. II, 1. §. 14. I. §. 50. II, 3. quod generatim *posteriorem cuiusque rei partem*, *postremum*, *vltimum*, *nouissimum* indicat. Et hunc significatum generalem recte etiam retinuit DANZIVS noster vertens: *qui credunt in id - - itemque in nouissima.* Sicut vero *nouissima* in scholis theologorum nostrorum varie sumuntur, dum nouissimorum *late* sumtorum nomine veniunt quae tam sub finem vitae cuiusque, quam sub finem seculi huius euentura sunt, quo casu ad nouissima referuntur mors, resurrectio a mortuis, iudicium extremum, consummatio mundi, vita aeterna, et aeterna damnatio; *stricte* autem per nouissima ea intelliguntur, quae consecutionem beatitudinis completae ita antecedunt, vt simul sint vltima vel respectu hominum singulorum, vel respectu vniuersorum et mundi totius, quo casu ad nouissima vita et damnatio aeterna non referuntur: conf. CALOVIVS in Systém. locor. theol. Tom. XII. Artic. I. Cap. I. et 2. HEBENSTREIT in System. theol. Part. III. Loc. XVIIII. Thes. 3. pag. 1356. edit. Schub. et GVNNERVS in Institut. theol. dogm. Artic. XVIII. p. 1086. ita etiam sub DANZII vocabulo *nouissimorum* hoc loco *vita futura*, prouti vocabulum Arabicum a MICHAELIS et FRORIEPIO fuit translatum, includitur. Et loco huius vocabuli a Mohammede

mede infra *vers.* 7. adhibetur وَبِٱلْيَوْمِ ٱلْآخِرِ *et in diem vltimum* credimus.

7) *ad versum* 4). In vocabulo رَبِّهِمْ *domino eorum*, quod est nomen رَبّ Sur. I, 1. in ablatiuo, cum suffixo 3. pers. plural. mascul. §. 33. B. I, 2. §. 39. II, 1. et I, 1. §. 11. II, 2. *d.* Tesdid super littera *Re* nec apud HINCKELMANNVM nec apud MARACCIVM legitur; sed ex MSC. recte a DANZIO additur, et totum hemistichium prius commatis quarti, in quo vocabulum illud occurrit, ab eodem vertitur: *Iidem in directione* (sunt i. e. in via recta diriguntur) *a domino suo.* Et huic consentanea est versio nostra et Froriepiana, itemque MARACCII: *hi erunt super directionem* (i. e. dirigentur) *a domino suo.* Celeb. MICHAELIS vero vertit: *Hi ad regulam sunt a domino suo*, additque in nota (a) i. e. *ad regulam et normam sunt, veraeque religioni obediunt: idque totum non ipsis debetur, sed Deo, eiusque virtuti et absoluto decreto, quod et alibi fortius inculcare solet falsus propheta, et statim explicitam eius mentionem subnectet.*

8) *ad versum* 6.). Vltima huius commatis verba *et illis supplicium magnum* scil. *erit* §. 177. Interpr. Danz. ab omnibus vno eodemque modo intelliguntur, quod nimirum Mohammed illis, quos infideles nominat, poenam diuinam commi-

comminetur; licet paululum in eorum versione discrepent a se inuicem. Sed circa vocabulum غِشَاوَةٌ ista verba immediate praecedens in varias abeunt partes, siue ad eius significationem siue ad connexionem eiusdem respicias. Vertitur enim a DANZIO nostro vocabulum illud *excaecatio*, et cum sequentibus coniungitur, a praecedentibus autem plane separatur, h. m. *Clausit Deus ipsorum corda et aures, atque oculos: excoecatio illis, at supplicium magnum.* Sed pro hac versione legi deberet غِشَاوَةٌ لَهُمْ وَعَذَابٌ عَظِيمٌ ita vt copula و non ante لهم sed ante عذاب collocari debuisset. MARACCIVS et, qui eum sequitur, FRORIEP meliori iure vocabulum illud cum praecedentibus coniungunt, sed ad oculos tantum restringunt, h. m. *sigillum impressit Deus super corda eorum, et super auditum eorum: et super oculos eorum est cooperimentum: et ipsis erit poena magna.* Quod reiiciendum haud est, quia غَشِيَ, vnde nomen illud descendit, significat vtique *obscurus fuit, caligauit*, adeoque de *tegumento oculis imposito*, de *caligine oculorum* et *obcaecatione*, recte intelligi potest nomen nostrum. Sed quia generalis verbi istius significatus *texit, operuit*, vsitatior est, nostrumque nomen ad quoduis *operimentum*,

*tum*, *tegumentum* et *velum*, apud Arabes referri solet; vocabulum illud et ad aures et ad oculos simul hoc loco extenditur recte, h. m. *et super auribus eorum atque oculis eorum est tegumentum*, siue secundum versionem MICHAELIS *auribusque ipsorum et oculis impositum est operimentum*. Et hoc indicatur quoque in versione latina antiqua a THEODORO BIBLIANDRO edita: *incredulis et erroneis summum malum vere venturum minatur. Quorum licet virgam tuae correctionis adhibeas, nulla tamen ad fidem fiet conuersio: cum eorum aures et oculos, corda simul Deus obturauerit.*

9) *ad versum* 7.) In primis commatis huius verbis, *et ex hominibus qui dicunt*, vocabulum أَلنَّاسُ *homines* est pluralis fractus نَاسٌ pro أُنَاسٌ §. 55, 1. nominis singularis أَنَسٌ vel إِنْسَانٌ §. 33. A. VI. obs. pag. 95. a rad. أَنِسَ *familiaris euasit*, *consueuit*, ablatiui s. genitiui casus, cum praefixo articulo §. 33. B. I, 2. §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 11. II, 1. *β*. §. 9. obs. 2. §. 14. I. et iam verti potest *quidam*, *nonnulli*, §. 31, 1. *Interpr. Danz.* vel §. 52. *Syriasmi.* Si igitur particula initialis وَ redditur *quidem* §. 149. I, 6. *Interpr. Danz.* et verbum substantiuum substantiuum suppletur §. 177. l. c. nostra oritur versio:

versio: *sunt quidem nonnulli* §. 92. 1. *qui dicunt* etct. Et sic etiam verba vltima huius commatis: *et non illi in credentibus*, recte sunt translata: *sed non sunt credentes* §. 149. II, 3. et §. 40. I, 1. *Interpr. Danz.* §. 92, 1.

10) *ad versum* 8). Quia vocabulum primum huius commatis est Futurum in coniug. III. illud recte a DANZIO nostro vertitur *student decipere* §. 72 II. cui assentitur SALIVS et MICHAELIS vertentes *decipere conantur*. Et vocabulum antepenultimum أَنْفُسَهُمْ *animas suas*, quod est pluralis fractus a singulari نَفْسٌ §. 33. A. VI, 12. accusatiui casus, cum suffixo 3. pers. plural. mascul. §. 33. B. I, 3. §. 39. et II, 1. per pronomen reciprocum exprimitur §. 68.

11) *ad versum* 9). In vertendo priori huius commatis hemistichio DANZIVS a verbis ipsis eorumque ordine paululum recedit, hanc suppeditans versionem: *In cordibus ipsorum existentem morbum Deus illis ampliauit.* Propter tirones igitur aliam versionem verbis ipsis eorumque ordini arctius inhaerentem substituere, et hac in re MARRACCIVM, MICHAELEM et FRORIEPIVM sequi malui. Per *morbum* vero *in cordibus eorum existentem* quaeuis animi corruptio generatim et defectus intelligenda sunt, ita vt ad intellectus errorem, siue ignorantiam, et ad voluntatis vitia, siue propensiones malas,

 referri

referri queat; siquidem vtrumque in fraudibus et mendaciis, quorum arguuntur Homines corrupti, sese exserit. Illuc enim vltima duo vocabula *fuerunt* : *mentientur*, quae imperfectum latinorum *mentiebantur* siue *fraudulenter agebant* exprimunt §. 78. II. respiciunt.

(31 12) ad versum 12). In tertio quartoque huius commatis vocabulo تُؤمِنُوا أَمِنُوا, prout habet MARRACCIVS, triplex in lectione deprehenditur vitium. Cel. FRORIEP, qui ad hunc versum adnotauit: *legas in textu velim* آمِنُوا, *iam emendauit vitium*, quod ipse MARRACCIVS in Elencho correctionum indicauit; siquidem Imperatiuus in Coniug. IV. sub secunda radicali non *fatha* sed *kesre* requirit; sed duplex aliud vitium ex MARRACCIO retinuit. *Wesla* nimirum super *Elif* alterum constituit vitium, Elif vnionis enim in Imperatiuo coniugationis I, non autem IV. admittitur §. 14. III. 1. nostrum autem vocabulum est Imperatiuus in Coniug. IV, آمِنُوا siue أَأْمِنُوا pro أَأَمِنُوا §. 49. I. 3. Male igitur *Medda* cum *Wesla* hoc loco confunditur. Tertium tandem vitium efficit vocalis *damma* pro *Gjesma* in vocabulo praecedente substituta, quae permutatio ob Elif vnionis tantum fieri solet §. 14. III. obs. 2. β. Meliorem itaque lectionem e MSC. suis elegit DANNHAVERVS in

WINCKELMANNO, quando legit لَهُمْ آمِنُوا conf. §. 13. II. obs. 2. Vocabula mox sequentia آمَنَ النَّاسُ *credidit homines* recte vertuntur *crediderunt homines quidam* §. 80. I. collat. §. 49. I. Interpr. Danz.

13) *ad versum* 13). Vocabulum decimum huius commatis شَيَاطِينِهِمْ descendit a verbo coniug. II. شَيْطَنَ pro شَطَّنَ §. 41. III. obs. 5. valde *peruicax*, *scelestus*, *aduersatus fuit*, estque pluralis fractus شَيَاطِينُ ex singulari شَيْطَانٌ §. 33. A. VI, ڬ. obs. 2. et 3. in genitiuo, quem caussat praepositio praecedens §. 85. et §. 33. B. I, 2. cum suffixo 3. personae plural. mascul. §. 59. I, 1. et II, 1. Maluimus vero vocabulum hoc cum DANZIO nostro reddere *peruicaces suos*, quam cum MARRACCIO, MICHAELE et FRORIEPIO *Satanas suos*; illudque de quibusuis hominibus scelestis et improbis *vers.* 5. sqq. descriptis; ideoque de sodalibus impietatis, aut similis farinae hominibus, intelligimus. Non enim video caussam, cur illud cum GELALODDINO apud MARRACCIUM ad Iudaeorum magistros restringamus. Haec autem in MARRACCIO inuenitur adnotatio *Gelal.* [illegible] principes suos, id



est,

*est, magistros, ac duces eorum. Nimirum, Iudaei quidam simulabant coram Mahumeto, et Mahumetanis, se credere in illum: vbi vero ad Doctores, seu Rabbinos reuertebantur, detegebant illis simulationem suam.*

14) *ad versum* 14). Vltimum huius commatis vocabulum est a rad. عَمِهَ *huc illucue vagatus est, oberrauit, attonitus fuit*, 3. pers. plural. mascul. Futuri coniugat. I. collat. §. 41. II, 1. obs. 1. ב. *a.* et III, 2. nec male a DANZIO nostro per participium exprimitur: *et patienter fert eos in exorbitantia sua huc illuc vagantes* §. 75. III. sed MICHAELIS vertit: porroque versari illos faciet in errore suo, *vt attonitis similes oberrent.* Et FRORIEPIVS: Porroque versari eos faciet in exorbitantia sua, *atque attoniti huc illuc errabunt.*

15) *ad versum* 15.) Vocabulum tertium huius commatis apud DANZIVM et HINCKELMANNVM minus recte legitur اِشْتَرُوا, vbi ex vitio typographico vocalis *damma* pro Gjesma fuit substituta. Aut enim legendum est اِشْتَرَوْا, aut cum MARRACCIO اِشْتَرَوُا. Quae vtraque lectio occurrit, licet prior sit vsitatior. Descendit vero vocabulum hocce a rad. شَرَا pro شَرَوَ §. 48. I, 1. *comparauit, emit*, et in Coni.

Conj. VIII. *commutauit rem unam cum altera vendendo et emendo coemit*, tanquam 3. persona plural. mascul. Praeteriti Conjug. VIII. collat. §. 48. II, 1. §. 14. III, 2. et obs. 1. Et in hoc commate, indicare voluit Mohammedanorum doctor: Stulti isti loco veritatis, et castae religionis, quam in Corano nostro inuenire possunt, in damnum suum praeferunt errores, ideoque religionem veram non habent.

16) *ad vers.* 16. et 17). Priora horum duorum commatum verba sunt propric: *similitudo eorum est sicut similitudo eius, qui accendit etc.* Haud parum difficultatis autem in duobus iam sequentibus similitudinibus deprehenditur; et quid illis innuere voluerit Mohammed, non constat inter omnes Corani interpretes. Monuit hoc iam MARRACCIUS ad h. l. p. 12. qui *quid autem*, inquit, *sibi velit his duobus similitudinibus, Expositores difficulter, ac violenter expiscantur.* Sed quando pergit: *Neque ineum est in Alcorani ineptiis mysteria inuenire*; optimi viri notam hoc effato non manifestauit, quia aequitatem in interpretando, omnibus libris debitam, nec in libris peruersissimis omittere debet interpres! Satis enim constat, quod in eiusmodi libris, sicut in omnibus scriptis humanis, a veritate hermeneutica ad veritatem dogmaticam concludere nemini liceat. conf. nostra Exercitatio *de usu discriminis inter loca biblica diuina et non-diuina* §. VI. Ex mea quidem sententia similitudinis primae in duobus hisce commatibus obuiae scopum,

pum; ideoque verum etiam sensum rite indagare poterimus, si perpendere velimus, Mohammedem in antecedentibus de illis loqui hominibus, qui Coranum tanquam directionem veram, et viam ad salutem, per breue temporis interuallum admiserunt, deinceps vero ad pristinam suam superstitionem, ad priorem viuendi rationem et gentis suae religionem, redeunt. Eiusmodi homines comparat cum illo, cui lux ad tempus est accensa, per quam res cognoscere et a se inuicem distinguere potuit, postea autem lux illa eidem eripitur atque extinguitur. Quod in antiqua versione latina, cuius editionem debemus Theodoro Bibliandro, his indicatur verbis: *Mitis enim assimilantur, quibus ignis accensus extinguitur, tenebraeque succedunt.* Vbi scholion in margine additur: *simile ponit de iis qui deserunt sectam, quam susceperant.* Mens igitur Mohammedis haec erit: Homines illi, qui veram religionem (quae, ex ipsius sententia, in Corano suo continetur) amplexi sunt, constantes autem illius amatores et confessores non manserunt, sed illam potius iterum dereliquerunt, non meliores aut feliciores sunt facti, quam antea fuerunt, et veritas antea ab illis cognita nihil amplius prodest iisdem, sed successu temporis obscuratur et penitus obliteratur.

17) *ad vers. 18. et 19.)*. In duobus hisce commatibus altera continetur similitudo, cuius sensus ob nexum cum antecedentibus hic est: Illi homi-

homines, qui ad tempus credunt, comparari possunt cum iis, qui tempore tempestatis vehementis mortis metu commouentur, Deum implorant, preces fundunt, ac pietatem promittunt, (quod de plurimis satis testatur experientia); sed cessantibus tonitribus cum fulgure mixtis humanas mentes mouentis, desistunt ab actionibus et cogitationibus istis bonis, et promissi sui atque pietatis obliuiscuntur. Sic enim exacta, ni fallor, oppositio inter *ambulare in luce*, et inter *stare* deprehenditur, et vocabulum قاموا reddi potest *stare solent* §. 68. *Interpr. Danz.* Aliorum interpretationem iam non diiudicabo, sed hoc tantum addo, quod secundum doctores mohammedanos tempestas haec sit typus vel imago Corani ipsius. *Tonitru* scilicet, ex eorum sententia, est symbolum minarum ibi obuiarum, *fulmen* est symbolum promissionum in Corano occurrentium, et *caligo* tandem est symbolum mysteriorum quae libro illi insunt. Ob terribiles minas auribus suis imponunt homines digitos, inuiti veritates istas ingratas audientes; promissionibus sibi praelectis delectantur et faciles illis praebent aures; res vero absconditas creditùque difficiles cum habent obuias, immobiles stant, dirigique nolunt.

18) *ad versum* 20). Vltimum commatis huius vocabulum est a radice شيء vide ad *vers.* 1. adnot.

adnot. 3.p. 282. 2 persona plural. mascul. Futuri actiu. Coniug. X. pro تَتَّقِيُونَ collat. §. 43. obs. 1. §. 46. I. obs. §. 48. II, 1. β. Cum igitur vocabulum praecedens لَعَلَّ particulam sperandi et dubitandi constituat §. 84. II, 11. quae vt Ebraeorum אולי intelligenda est §. 105. cl. L. *Interpr. Danz.* recte vertit DANZIVS noster: *fortè pietati inhaerebitis.* Cui nostra respondet versio. MARRACCIVS vero et FRORIEP supplent pronomen, vertuntque *vt timeatis* (*timeretis*) *eum*, et MICHAELIS omisso pronomine *vt timeretis.*

19) *ad versum* 21). De lectione primi vocabuli huius commatis notamus, quod DANZIVS noster cum HINCKELMANNO Wesla super *Elif* habeat collat. §. 14. I. et III. obs. 1. sed FRORIEPIVS cum MARRACCIO legit sine Elif vnionis أَلَّذِي.

20) *ad eundem versum* 21). Vocabulum decimum quintum commatis huius اَلثَّمَرَاتِ est a rad. ثَمَرَ *fructus habuit*, *tulitque*, nomen plurale feminin. genitiui casus, cum praefixo articulo, ex singulari ثَمَرَةٌ, vnde pluralis ثَمَرَاتٌ §. 33. A. I, 1. β. Iam conf. §. 38, 2. §. 33. B. I, 2. §. 35. II, 4. §. 11. II, 1. β. §. 9. obs. 2.

obss. 2. §. 14. I. Si quis igitur significatum *arboris* admittit, versionem DANZII adprobabit: *et dimittit de coelo aquam, qua producit de arboribus victum vobis.* Sed qui cum aliis significationem *fructus* eligit, pro defendenda nostra versione conferre potest §. 81. II. et e DANZII *Interpr.* §. 149. III. I. §. 19. II, 2, §. 85. II.

21) *ad eundem* versum 21). Vocabulum antepenultimum a fine اندادا est accusatiuus nominis اندادٌ §. 33. B. I, 3. §. 7. II. obs. Et hoc nomen est pluralis fractus ex singulari نِدٌّ §. 33. A. VI, 13. a rad. ندّ Ebr. נדד *aufugit, pugatus est a loco uno ad alterum*, significatque *aeque similitudines, quam similes, aequales, pares.* Iam quaeritur: quinam sunt isti *pares* (MICHAELIS eligit *riuales*, vertens: *neque date Deo riuales*), quos Deo ponere prohibet Mohammed? MARACCIUS, de sacris suis imaginibus sollicitus, monet: *Putant quidam hic sacras imagines damnari. Verum dubium non est, quin de idolis Meccanis sermo sit.* Nam ex eius sententia Mohammed in antecedentibus Meccanos, conciues suos, allocutus est. Sed mea aliis forsitan non displicebit interpretatio, quae Mohammedis mentem ita exponit: vnicum totius vniuersi creatorem credite, et adorate; neque plures diuinitatis personas admittite. Illud certe negari non potest, palmarium fidei mohammedicae



dicae

dicae dogmata afferunt vnitatem personae in Deitate, negata Trinitate, quippe quam non admisit Mohammed. Sic enim legimus Sur. XVIII. vers. 110.

قل إنما أنا بشر مثلكم يوحى إلي أنما إلهكم إله واحد فمن كان يرجو لقاء ربه فليعمل عملا صالحا ولا يشرك بعبادة ربه أحدا *

i. e. Dic, profecto ego sum homo, sicut vos. Reuelatur mihi, vtique Deus vester Deus vnicus est. Qui ergo sperat aduentum domini sui, operetur opus bonum, neque associet in cultu domini sui quemquam. Et quando in Sur. XII. vers. 101. dicitur:

فاطر السموات والأرض أنت ولي في الدنيا والآخرة توفني مسلما وألحقني بالصالحين *

i. e. Creator coeli et terrae tu es patronus meus in mundo hoc et futuro, mori fac me credentem et adiunge me bonis: [illegible] insinuatur [illegible] in Hist. Iosephi [illegible] credentem haud male monuit: [illegible] est tradere et credere in eum solum Deum creatorem [illegible] in quo

Vnde Muhammedani omnes sese vocant مسلمين Muslimos per vniuersum terrarum orbem. Quod effatum Erpenianum e compendio theologiae Mohammedicae, quod in ADRIANI RELANDI Tract. de Relig. Mohammed. extat, confirmari potest, vbi p. 4. legimus: اعلم ان الايمان اول ركن من اركان الاسلام كما قال النبي صلى الله عليه وسلم بني الاسلام على خمسة شهادة ان لا اله الا الله -- i. e. *scito, fidem esse primum fundamentis* Islamismi, *quemadmodum pronunciauit Propheta Mohammed, cui Deus bene velit et salutem omni modo largiatur: Nititur* Islamismus *quinque fundamentis, quorum primum est confessio de Deo, non esse nisi Deum illum verum* etc.

*Sura II. vers* 22-38.

22 وان كنتم في ريب مما نزلنا
على عبدنا فاتوا بسورة من مثله
وادعوا شهداءكم من دون الله

22 Quod si dubii fueritis de eo, quod demisimus super seruum nostrum; afferte Suram, quae sit huic similis, et conuocate testes vestros coram Deo,

23 إِنْ كُنْتُمْ صَادِقِينَ * فَإِنْ لَمْ
تَفْعَلُوا وَلَنْ تَفْعَلُوا فَاتَّقُوا ٱلنَّارَ
ٱلَّتِي وَقُودُهَا ٱلنَّاسُ وَٱلْحِجَارَةُ
24 أُعِدَّتْ لِلْكَافِرِينَ * وَبَشِّرِ ٱلَّذِينَ
آمَنُوا وَعَمِلُوا ٱلصَّالِحَاتِ أَنَّ لَهُمْ
جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ
كُلَّمَا رُزِقُوا مِنْهَا مِنْ ثَمَرَةٍ رِزْقًا
قَالُوا هٰذَا ٱلَّذِي رُزِقْنَا مِنْ قَبْلُ
وَأُتُوا بِهِ مُتَشَابِهًا وَلَهُمْ فِيهَا أَزْوَاجٌ

23 Deo, si honesti estis, Sin minus praestitistis, nec
praestare poteritis; timete ighem istum, cuius
materia homines *sunt*, ac lapides: qui praepara-
24 tus est infidelibus. Sed laeto nuncio recrea il-
los, qui credunt, ac faciunt bona opera; quod
ipsis futuri sint horti, per quorum fundum flu-
mina fluunt. Quotiescunque nutrientur ex il-
lis fructu aliquo vt alimento; dicent, hoc ipsum
est, quo sustentati fuimus iam olim, et produ-
cuntur in illis res similes, inprimis illis ibi erunt
mulieres

25 مُطَهَّرَةٌ وَهُمْ فِيهَا خَالِدُونَ * إِنَّ
ٱللَّهَ لَا يَسْتَحْيِي أَنْ يَضْرِبَ مَثَلًا
مَا بَعُوضَةً فَمَا فَوْقَهَا فَأَمَّا ٱلَّذِينَ
آمَنُوا فَيَعْلَمُونَ أَنَّهُ ٱلْحَقُّ مِنْ رَبِّهِمْ
وَأَمَّا ٱلَّذِينَ كَفَرُوا فَيَقُولُونَ مَا ذَا أَرَادَ
ٱللَّهُ بِهَٰذَا مَثَلًا يُضِلُّ بِهِ كَثِيرًا
وَيَهْدِي بِهِ كَثِيرًا وَمَا يُضِلُّ بِهِ
26 إِلَّا ٱلْفَاسِقِينَ * ٱلَّذِينَ يَنْقُضُونَ
عَهْدَ ٱللَّهِ مِنْ بَعْدِ مِيثَاقِهِ وَيَقْطَعُونَ

mulieres mundae, ipsique in illis perpetuo com-
25 moraturi sunt. Omnino Deum nequaquam pu-
det, facere similitudinem aliquam culicem, aut
id quod supra hunc. Equidem qui credunt, no-
runt, hanc Domino suo fore consuetudinem:
qui autem Infideles sunt, dicunt, quid quaeso
vellet Deus per hanc similitudinem? abducit per
hoc multos, multosque per idem rectâ diducit
viâ: non tamen seducit per id, nisi flagitiosos
26 perditè. Qui dissolvunt foedus Dei post eius
con-

و مَا أَمَرَ ٱللَّهُ بِهِ أَنْ يُوصَلَ وَيُفْسِدُونَ

فِي ٱلْأَرْضِ أُولَٰئِكَ هُمُ ٱلْخَاسِرُونَ *

27 كَيْفَ تَكْفُرُونَ بِٱللَّهِ وَكُنتُمْ

أَمْوَاتًا فَأَحْيَاكُمْ ثُمَّ يُمِيتُكُمْ ثُمَّ

28 يُحْيِيكُمْ ثُمَّ إِلَيْهِ تُرْجَعُونَ * هُوَ

ٱلَّذِي خَلَقَ لَكُمْ مَا فِي ٱلْأَرْضِ

جَمِيعًا ثُمَّ ٱسْتَوَىٰ إِلَى ٱلسَّمَاءِ فَسَوَّاهُنَّ

سَبْعَ سَمَوَاتٍ وَهُوَ بِكُلِّ شَيْءٍ عَلِيمٌ *

confirmationem, et disrumpunt id, de quo sanciuit Deus, vt coniunctum maneat, et viuunt perditè in hâc terrâ, illi sunt facientes iacturam.
27 Qui sic vero deficitis à Deo, quum Vos mortuos existentes viuificarit, et neci deinceps traditos in vitam reuocet denuo, mox ad ipsum re-
28 ducendos? Ipse est, qui vestro commodo creauit quicquid in hâc terrâ in vniuersum: deinceps ascendit in coelum, et aequauit eosdem septem cœlos; quum sit in re quacunque scientissimus.

29 وإذ قال ربك للملائكة إني جاعل
في الأرض خليفة قالوا أتجعل
فيها من يفسد فيها ويسفك
الدماء ونحن نسبح بحمدك
ونقدس لك قال إني أعلم ما لا
30 تعلمون * وعلم آدم الأسماء كلها
ثم عرضهم على الملائكة فقال
أنبئوني بأسماء هؤلاء إن كنتم

29 tiſſimus. Quumque diceret Dominus tuus Angelis: certo ego conſtituturus ſum in hac terra Vicarium; reſponderunt ipſi: an conſtitues in illam, qui perdite viuet in ea, effundetque ſanguines? Nobis laudem tuam celebrantibus, Teque ſanctificantibus. Quibus reponebat:
30 ego vtique noui, quod vos ignoratis. Itaque docuit Adamum nomina in vniuerſum omnia, eaque propoſuit deinceps Angelis, dicens: edite mihi nomina iſtorum, ſi iuſti fueritis. Reſpon-

31 صَادِقِينَ * قَالُوا سُبْحَانَكَ لَا عِلْمَ
لَنَا إِلَّا مَا عَلَّمْتَنَا إِنَّكَ أَنْتَ ٱلْعَلِيمُ
32 ٱلْحَكِيمُ * قَالَ يَا آدَمُ أَنْبِئْهُمْ
بِأَسْمَائِهِمْ فَلَمَّا أَنْبَأَهُمْ بِأَسْمَائِهِمْ قَالَ
أَلَمْ أَقُلْ لَكُمْ إِنِّي أَعْلَمُ غَيْبَ ٱلسَّمَوَاتِ
وَٱلْأَرْضِ وَأَعْلَمُ مَا تُبْدُونَ وَمَا كُنْتُمْ
33 تَكْتُمُونَ * وَإِذْ قُلْنَا لِلْمَلَائِكَةِ
ٱسْجُدُوا لِآدَمَ فَسَجَدُوا إِلَّا إِبْلِيسَ
أَبَى وَٱسْتَكْبَرَ وَكَانَ مِنَ ٱلْكَافِرِينَ *

31 Reſponderunt, ô laudandam Tuam Maieſtatem?
nulla eſt nobis ſcientia, niſi quam nos docuiſtis.
32 Vtique tu Tu intelligens es ac ſapiens. Dixit,
ô Adam! vaticinare illis de iſtorum nominibus,
quô facto, inquit, nonne dixi Vobis, quod ipſe
ſciam arcanum cœlorum ac terrae; et ſciam
33 quid incipiatis, et quid ſitis obſignaturi? Cumque dixiſſemus Angelis, humilitate vos coram
Adamo, humiliabant ſe; ſed Diabolus renuit,
et elatum ſe geſſit, connumeratus inter Apoſtatas.

34 وَقُلْنَا يَا آدَمُ اسْكُنْ أَنْتَ وَزَوْجُكَ
الْجَنَّةَ وَكُلَا مِنْهَا رَغَدًا حَيْثُ
شِئْتُمَا وَلَا تَقْرَبَا هٰذِهِ الشَّجَرَةَ
35 فَتَكُونَا مِنَ الظَّالِمِينَ ۞ فَأَزَلَّهُمَا
الشَّيْطَانُ عَنْهَا فَأَخْرَجَهُمَا مِمَّا
كَانَا فِيهِ وَقُلْنَا اهْبِطُوا بَعْضُكُمْ
لِبَعْضٍ عَدُوٌّ وَلَكُمْ فِي الْأَرْضِ
36 مُسْتَقَرٌّ وَمَتَاعٌ إِلَى حِينٍ ۞ فَتَلَقَّى
آدَمُ مِنْ رَبِّهِ كَلِمَاتٍ فَتَابَ عَلَيْهِ

34 ſtatas. Tunc diximus, ô Adam! inhabita tu
et coniux tùa paradiſum hunc, et comedite ex
iſto abundantiam, vbicùnque volueritis: ſed ne
accedatis ad hancce arborem, vt ſitis inter in-
35 iuſtos. Ac Satanas lapſu praecipitauit ex eo
ambos, fecitque eos exinde eiici, vbi *hactenus*
fuerant. Et diximus: faceſſite vos hinc; pars
vna veſtrum alteri inimica eſt: modo erit vo-
bis in hâc terrâ commoratio ac vtilitas ad tem-
36 pus. Sed reprehenſus Adam à Domino ſuo

37 إِنَّهُۥ هُوَ ٱلتَّوَّابُ ٱلرَّحِيمُ ۞ قُلْنَا
ٱهْبِطُوا مِنْهَا جَمِيعًا فَإِمَّا يَأْتِيَنَّكُم
مِنِّي هُدًى فَمَن تَبِعَ هُدَايَ فَلَا
خَوْفٌ عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ ۞
38 وَٱلَّذِينَ كَفَرُوا وَكَذَّبُوا بِآيَاتِنَا
أُولَٰئِكَ أَصْحَابُ ٱلنَّارِ هُمْ فِيهَا
خَالِدُونَ ۞

verbis, conuersus ad ipsum est per pœnitentiam,
37 certe ipse est conuersor misericors. Diximus,
facessite vos hinc penitus, nihilominus eueniet
vobis à me directio, et quicunque meam perse-
quitur directionem, eos nec terror inuadet, nec
38 ipsi contristabuntur. At qui deficiunt, et men-
dacii arguunt Signa mea; illi adiudicabuntur
igni, in quo manebunt.

## ADNOTATIONES MISCELLANEAE.

1) *ad versum 22).* Priora huius commatis vocabula *et si estis in dubio de eo, quod demisimus super seruum nostrum*, recte vertuntur a DANZIO *quodsi dubii fueritis de eo*, vel cum aliis *quod*

*quodsi dubitatis de eo.* §. 15. *Interpr. Danz.* Et Mohammed verbis hisce indigitat Coranum suum, quem ipsi Deus inspirasset, quemque adeo de coelo super ipsum demisisset.

2) *ad eundem versum* 22). Vocabulum nonum huius commatis ab HINCKELMANNO legitur فَأْتُوا, pro quo DANZIVS habet فَاْتُوا §. 12. obs. 1. et secundam hanc lectionem haud male vertitur a DANZIO: *adeste cum sura huic simili.* Consideratur enim vocabulum illud tanquam 2 persona plur. mascul. Imperatiui Coniug. 1. a rad. أَتَى *accessit*, *venit*, cum praefixo فَ quae collat. §. 43. obs. 1. §. 49. I, 1. §. 48. II, 1. β. est إِيتُوا, accedente vero praefixo فَ cum *fatha* §. 50. II, 3. praeformatiuum Elif cum vocali sua excidit §. 55, 1. atque tunc prima radicalis *Elif*, in *Je* antea ob praeformatiui vocalem mutata, redit. Sed cl. FROURIEP cum MARRACCIO habet فَٱتُوا, vbi vitiose Wesla pro Medda fuit expressum. Et pro hac lectione cum Medda a nobis assumta vocabulum illud deducitur a rad. أَتَى tanquam 2. pers. plur. mascul. Imperatiui Coniug. IV. collat. §. 43. obs. 1. §. 49. I, 3. §. 48. II, 1. β. آتُوا cum praefixo فَ §. 50. II, 3. iamque vertimus:

timus: *afferte suram quae sit huic similis* conf. §. 72. I. §. 81. II. et ex Interpr. Danz. §. 178. §. 177. §. 15. Gloriatur nimirum Mohammed de Corani sui praestantia, spe fretus, fore, vt nullus mortalium tam elegans, egregium, perfectum, et omnibus numeris absolutum scriptum, quale esset Coranus suus, vnquam producere possit. Et negandum haud est, quod prima secundae huius surae sectio, sicut testantur HERBELOTVS in bibliotheca orientali sub littera L. POCOCKIVS in specim. histor. Arab. p. 28. et SALIVS in Prolegom. Corano praemissis p. 61. *Labidum* ipsum, Arabicum poëtam Mohammedis coaeuum et percelebrem, in summam rapuerit admirationem. Huius aliquod poëma magno plausu ab Arabibus exceptum foribus templi Meccani pro more gentis adfixum erat, nec quisquam audebat, aemulos ei versus addere. At cum Mohammedes sectionem istam etiam inscribi curasset foribus sacris, fulmine carminis attonitus superiorem ac diuinum poëtam agnouisse atque a superstitione ethnica ad Islamismum transiisse fertur Labidus. Hoc facto, palmaque poëtica, audentior redditus pseudopropheta ea addidisse videtur, quae in commate praesenti legimus, idiotam etiam siue professus siue mentitus, vt maiori miraculo Arabibus diuina sua carmina essent. conf. celeb. MICHAELIS in Dissertat. cit. p. 5.

3) *ad*

3) *ad versum eundem* 22). Vocabulum decimum tertium وَٱدْعُوا, pro quo etiam apud HINCKELMANNVM, MARRACCIVM, et FRORIEPIVM, legitur وَٱدْعُوا (fatha apud Hinckelmannum per vitium typographicum omisso) est a rad. دَعَا *vocauit, inuitauit*, 2 pers. plural. masc. Imperatiui conj. IV. cum praefixo و collat. §. 48. II, 1. β. §. 50. II, 3. §. 14 III, 2. et not. 2. Et loco versionis DANZII a nobis retentae *conuocate testes vestros coram Deo, si honesti estis*, apud posteriores duos auctores et celeb. MICHAELEM inuenimus *inuocate testes vestros praeter Deum, si veraces estis*, quam orationem ita interpretantur: petite a Diis vestris fictitiis, vestrisque idolis, quae colitis, vt facultatem vobis concedant carminis talis tamque diuini condendi, eoque argumento confirment, se Deos esse.

4) *ad versum* 23), vocabulum sextum huius commatis فَٱتَّقُوا secundum HINCKELMANNVM et DANZIVM, secundum MARRACCIVM autem et FRORIEPIVM فَٱتَّقُوا, est a rad. وَقَى et يَقِي *timuit* vers 1. in fin, 2. pers. plur. mascul. Imperatiui Coniug. VIII. collat. §. 43. obs. 1. §. 46. I, 1. obs. et II. obs. 2. §. 48. II, 1. β. §. 50. II, 3. §. 14. III, 2. et not. 2. Et verba *cuius materia sunt homines ac lapides*,

 satis

satis recte a MICHAELE vertuntur *qui homines lapidesque comburit*, et lapidum nomine ex quorundam interpretum mente intelliguntur idola lapidea, ita vt exprimatur simul vehementia ignis Gehennae, cui lapides sint pro lignis.

5) *ad versum 24)*. Vocabulum octauum huius commatis est nomen plurale a singulari جَنَّةٌ Hebr. גַּן cuius genitiuus pro nominatiuo ponitur §. 92. I. Et quoniam pronomina sequentia omnia nomen hocce respicientia ponuntur in singulari, haud immerito forsitan exinde concludi potest, pluralem illum indicare *hortum praestantissimum*, qualis est Paradisus §. 37. *Interpr. Danz.* De constructione verbi singularis autem cum nomine sequenti plurali in oratione immediate sequenti vide §. 61.

6) *ad eundem versum 24)*. Vocabulum vigesimum septimum huius commatis est nomen singularis numeri a rad. شَبَهَ *assimilauit*, *comparauit*, in Conj. VI. *similes inuicem et conformes fuerunt*, quod significat rem conformem, rem talem, rem similitudine aliud referentem. Accusatiuus huius nominis vertitur in nominatiuo, §. 82. et verbum plurale أُتُوا cum nomine isto singulari constructum significationem distributiuam eidem infert §. 81, 2. Interpr. Danz. ideoque tota propositio transferri potest: *et producitur*

*citur in illis quaelibet alia eiusmodi res.* Et sensus huc redit: quemadmodum in paradiso hominibus suppeditantur fructus, quibus in hac vita fruebantur, ita etiam plures aliae eiusmodi res ibi obtinebunt, quibus in hac vita sunt etiam vsi homines. De quibus rebus vna statim exempli caussa additur, ideoque particula و vertitur *inprimis* §. 149. II, 5. Interpr. Danz. Mirum in modum alias circa hanc orationem variant interpretes. DANZIVS noster vertit: *et producuntur per eum* (*Deum*) *similiter;* MICHAELIS autem et FRORIEP: *cum tamen simili donati sint;* et MARRACCIVS: *sed dabitur eis hoc inter se assimilatum* (*id est vnus fructus similis erit alteri in colore sed diuersus in sapore*), vbi deinceps in notis adiectis pergit: „sententia est: Erunt ibi poma diuersi saporis, sed adeo similia in colore, vt primo aspectu nihil inter se differre videantur. Gelaledinus intelligit de iisdem fructibus Paradisi inter se similibus. Sed Zamchascerius de similibus fructibus huius mundi, quibus in eo antea nutriti fuerant.„

7) *ad versum* 25). A commate hoc vsque ad versum 66. versionem DANZII nostri plane immutatam adposui, sed quae ad eam vel illustrandam et defendendam, vel emendandam faciunt, additurus sum in adnotationibus. Et ad priora huius commatis verba statim notandum est, quod per ea indicetur, Deo haud indignum esse, vt exprimat aliquid similitudine

ne v. g. a culice, aut ab illo quod vltra culicem seu eo minus vel inferius est, desumta. Quod callidus monuit doctor, ne quis illa, quae de Paradiso in praecedentibus dixerat, omnia proprie sed allegorice intelligat, eademque ad parabolas referenda esse iudicet. Sic enim coelestium personis indigna amplius non videri debent, quae de rebus in paradiso obuiis dixit, et connexio huius commatis cum praecedentibus perspici potest. Nec defuerunt, qui Mohammedis de futura vita sententiae defensionem aliquam in se susceperunt, in quorum numerum praecipue referendus est RELANDVS *de religione Mohammedica* Lib. II. §. 18. p. 146. seqq.

8) *ad versum* 26). Decimum quartum huius commatis vocabulum يُوصَلَ *coniungetur* est a rad. وَصَلَ *coniunxit*, *coniunctum sibi habuit*, *coniunctus fuit*, 3. pers. singul. masc. Futuri Coniug. IV. in passiuo, collat. §. 46. II, 1. §. 59. et obs. 1. §. 11. II, 2. *a.* Sed Tesdid initiale vocis huius, quod habet DANZIVS, in HINCKELMANNO, MARRACCIO et FRORIEPIO omissum est §. 11. II, 2. obs. Et celeb. MICHAELIS l. c. p. 8. circa verba ista *disrumpunt id de quo sanciuit Deus, vt coniunctum maneat*, quae vertuntur ab illo *separant de quo Deus edixerat vt coniugatur*, hanc propter vers. 38. et 39. verisimilem adfert coniecturam, vaticinia

sua

sua et mosaica intellexisse Mohamedem. Haec ex mente Mohammedis nimirum coniungi voluerat Deus, i. e. eadem religione et reuerentia coli; at Iudaei Mohammedis Coranum reiicientes, quamuis (vt gloriari solet Mohammed) Mosaicis vaticiniis subueniret eaque confirmaret, disiunxerunt quae coniunctissima esse Deus voluerat. Sed GELALEDDINVS apud Marracc. p. 12. explicat: *cuiusmodi est fides in Prophetam* (Mohammedem) *et vinculum cognationis, et alia huiusmodi.* Quae nimirum non abscindenda, neque violanda sunt.

9) *ad versum* 27). Si verbis textus originalis arctius inhaerere velimus, comma hoc verti poterit: *Quomodo abnegare poteritis Deum?* (§. 81. II. et in *Interpr.* *Danz.* §. 68.) *Etenim fuistis mortui et viuificauit vos, deinceps mori faciet vos, ac denuo viuificabit vos, tandemque ad ipsum reuertemini.* Et quia verbum ab initio huius commatis occurrens كفر in praecedentibus vers. 18. 23. 25. de iis, qui sunt infideles, et in Deum non credunt, adhibetur, ad incredulitatem et abnegationem Dei a Mohammede hoc loco refertur, si quis futuram mortuorum resurrectionem negare auderet. De hac enim resurrectione mortuorum vera intelligenda esse verba vltima, nemo potest dubitare. Quam resurrectionem Arabibus suis nimis miram et plane incredibilem visam vt persuadere queat doctor ipsorum, ad non-existentiam eorum re-

V 5 ducit

ducit eosdem, et primum hominum ortum tanquam excitationem ex mortuis considerat, cum eo resurrectionem futuram comparans. Et exinde concludi debet: Sicut Deus vobis non-existentibus vitam dedit; ita fato functis eandem facile reddere poterit. Quorsum respicit etiam versio latina antiqua a THEODORO BIBLIANDRO edita: *His nos namque ad vitam de non esse deducens, mortem inducet, et ad se nos resurgere faciet*, itemque expositio GELALEDDINI: *Iam fuistis mortui, dum eratis sperma in lumbis patrum vestrorum: et viuificauit vos in vteris matrum vestrorum. Deinde morti tradet vos, cum ad metam vitae vestrae perueneritis. Tum viuificabit vos in die resurrectionis, postea ad eum reducemini, postquam resurrexeritis.*

10) *ad versum* 29). Perspicuitati, credo, consulitur, si quaestionem in hoc commate obviam ita exprimimus: *an constitues in illa, qui perdite viuet in ea, effundetque sanguines; cum nos celebremus laudem tuam teque sanctificemus?* Et per *vicarium*, quem Deus constiturum esse in terra annunciat, intelligit hominem, qui eius nomine terrae praesit, Adamum. Quod etiam a GELALEDDINO indicatur: *qui vice mei promulget leges meas in terra, et hic fuit Adam.* Vnde concipi potest, cur supremi Mohammedanicae gentis antistites hoc nomine insigniantur, et *Caliphae* vocentur.

11) *ad versum* 31). Vocabulum سبحانك, uod *gloriam*, *magnitudinem* ac *maiestatem* indiat, cum suffixo 2. perf. proprie significat *laus bi* fit! et formulam detestantis, siue auersatiois ab aliqua re apud Arabes efficit, ac si diceetur *absit blasphemia dicto!* Blasphemum anges videtur nimirum, si quis nomina rerum haum nosse audeat, nisi Deus ea reuelauerit.

12) *ad versum* 32). Vocabulum أنبئهم, uod est 2. perf. singul. mascul. Imperatiui Conug. IV. cum suffixo 3. perf. plural. mascul. a ad. نبأ *adduxit*, *produxit*. IV. *prophetauit*, *vaicinatus est*, collat. §. 17. 1. §. 12, 2. §. 39. hoc oco, sicut in versu 30. in significatu generaliori didit, *enuntiauit*, efferendum est, ita vt comnode magis vertantur verba: *enuntia illis nomina illarum rerum: cumque enuntiasset illis nomina llarum; dixit, nonne dixi vobis, ego vtique scio rcanum coeli et terrae; itemque scio quod prodiis et quod absconditis?* Quibus verbis indicatur: Ego solus noui res omnes, siue dici a vobis possint, siue (vt nomina rerum creatarum) non ossint, sed nimis ardua sint vobis et ignorata.

13) *ad finem versus* 38). Verba vltima huus commatis *illi socii ignis erunt, in eo commorauntur*, a b. DANZIO haud male vertuntur *illi adiudicabuntur igni, in quo manebunt.* Et de too penso praecedente a versu 34. vsque ad haec verba

41 فَٱتَّقُونِ * وَلَا تَلْبِسُوا ٱلْحَقَّ بِٱلْبَاطِلِ
وَتَكْتُمُوا ٱلْحَقَّ وَأَنتُمْ تَعْلَمُونَ *
42 وَأَقِيمُوا ٱلصَّلَوٰةَ وَآتُوا ٱلزَّكَوٰةَ
43 وَٱرْكَعُوا مَعَ ٱلرَّاكِعِينَ * أَتَأْمُرُونَ
ٱلنَّاسَ بِٱلْبِرِّ وَتَنسَوْنَ أَنفُسَكُمْ
وَأَنتُمْ تَتْلُونَ ٱلْكِتَابَ أَفَلَا
44 تَعْقِلُونَ * وَٱسْتَعِينُوا بِٱلصَّبْرِ وَٱلصَّلَوٰةِ
وَإِنَّهَا لَكَبِيرَةٌ إِلَّا عَلَى ٱلْخَاشِعِينَ *
45 ٱلَّذِينَ يَظُنُّونَ أَنَّهُم مُّلَاقُوا

41 omninò timete. Neque amiciatis aequitatem
iniquo, aut abdatis verum, quum vos noftis.
42 Quin potius perficite preces, et afferte donatio-
nes lege impofitas, et inclinati adorate cum ado-
43 rantibus *aliis*. An mandato obftringetis alios
ad pietatis officium, et obliuifcemini vos ipfos?
an Vos tractabitis librum, et non recte perci-
44 pietis ipfi? Implorate opem jejunio ac preci-
bus: nam hae vtique magnum habent momen-
45 tum, fed in humilibus. Qui putant, fe occur

furo

46 رَبِّهِمْ وَأَنَّهُمْ إِلَيْهِ رَاجِعُونَ * يَا
بَنِي إِسْرَآئِيلَ ٱذْكُرُوا نِعْمَتِي
ٱلَّتِي أَنْعَمْتُ عَلَيْكُمْ وَأَنِّي فَضَّلْتُكُمْ
47 عَلَى ٱلْعَالَمِينَ * وَٱتَّقُوا يَوْمًا لَا
تَجْزِي نَفْسٌ عَنْ نَفْسٍ شَيْئًا
وَلَا يُقْبَلُ مِنْهَا شَفَاعَةٌ وَلَا يُؤْخَذُ
مِنْهَا عَدْلٌ وَلَا هُمْ يُنْصَرُونَ *
48 وَإِذْ نَجَّيْنَاكُمْ مِنْ آلِ فِرْعَوْنَ
يَسُومُونَكُمْ سُوءَ ٱلْعَذَابِ يُذَبِّحُونَ

suros *iterum* Domino suo, ad Eumque reuersuros.
46 O filii Israel! recordamini gratiae meae, qua
me gratiosum praestiti erga vos. Ego quippe
47 Vos praetuli creaturis *aliis*. Timete igitur diem,
*quo* non persoluet anima vna pro altera quicquam,
nec acceptabitur pro ea intercessio, aut
recipietur lytrum: sed nil iuuabuntur quicquam.
48 En liberauimus vos à populo Pharaonis, *qui*
augebant vobis malignitatem tormenti, mactabant

أَبْنَآءَكُمْ وَيَسْتَحْيُونَ نِسَآءَكُمْ وَفِي
ذَٰلِكُمْ بَلَآءٌ مِنْ رَبِّكُمْ عَظِيمٌ *
49 وَإِذْ فَرَقْنَا بِكُمُ ٱلْبَحْرَ فَأَنْجَيْنَاكُمْ
وَأَغْرَقْنَا آلَ فِرْعَوْنَ وَأَنْتُمْ تَنْظُرُونَ *
٥٠ وَإِذْ وَاعَدْنَا مُوسَىٰ أَرْبَعِينَ لَيْلَةً
ثُمَّ ٱتَّخَذْتُمُ ٱلْعِجْلَ مِنْ بَعْدِهِ
٥١ وَأَنْتُمْ ظَالِمُونَ * ثُمَّ عَفَوْنَا عَنْكُمْ
مِنْ بَعْدِ ذَٰلِكَ لَعَلَّكُمْ تَشْكُرُونَ ۞
٥٢ وَإِذْ آتَيْنَا مُوسَى ٱلْكِتَابَ وَٱلْفُرْقَانَ

bant filios veſtros, et pudore afficiebant vxores.
Certè in eo tentamen à Domino veſtro magnum.
49 Ecce veſtri cauſa diuiſimus mare, et vos libera-
vimus; ſed populum Pharaonis ſubmerſimus,
50 vobis aſpicientibus. Nihilominus cum indixiſſe-
mus Moſi quadraginta noctes, tunc confeciſtis
51 vitulum à tergo eius: nam eſtis peruerſi. Con-
donauimus tamen vobis poſtea, ſpe, futurum
52 vt grato agnoſcatis animo. Etiam obtulimus
Moſi

53 لعلكم تهتدون ۞ وإذ قال موسى
لقومه يا قوم إنكم ظلمتم أنفسكم
باتخاذكم العجل فتوبوا إلى
بارئكم فاقتلوا أنفسكم ذلكم خير
لكم عند بارئكم فتاب عليكم
54 إنه هو التواب الرحيم ۞ وإذ
قلتم يا موسى لن نؤمن لك حتى
نرى الله جهرة فأخذتكم الصاعقة

Moſi librum, ac Capita verum à falſo diſcer-
53 nentia; vt rectâ ducamini via. Sed cum dice-
ret Moſes populo ſuo, mi popule! profectò vos
iniuriâ afficitis vos ipſos, veſtrâ hâc vituli præ-
paratione, itaque conuertimini ad Creatorem
veſtrum, et interficite vos inuicem; id quod be-
nè vobis cedet apud Creatorem veſtrum, reuer-
teturque ad vos: quoniam ipſe eſt conuerſor
54 miſericors. Tunc dixiſtis, ô Moſe! nequaquam
tibi credemus, donec Deum videamus apertè,
itaque apprehendit vos fragor, ipſique aduer-

55 وَأَنْتُمْ تَنْظُرُونَ * ثُمَّ بَعَثْنَاكُمْ
مِّنْ بَعْدِ مَوْتِكُمْ لَعَلَّكُمْ
56 تَشْكُرُونَ * وَظَلَّلْنَا عَلَيْكُمُ ٱلْغَمَامَ
وَأَنْزَلْنَا عَلَيْكُمُ ٱلْمَنَّ وَالسَّلْوَى
كُلُوا مِنْ طَيِّبَاتِ مَا رَزَقْنَاكُمْ
وَمَا ظَلَمُونَا وَلَكِنْ كَانُوا أَنْفُسَهُمْ
57 يَظْلِمُونَ * وَإِذْ قُلْنَا ٱدْخُلُوا هَٰذِهِ
ٱلْقَرْيَةَ فَكُلُوا مِنْهَا حَيْثُ شِئْتُمْ رَغَدًا
وَٱدْخُلُوا ٱلْبَابَ سُجَّدًا وَقُولُوا حِطَّةٌ

55 tebatis animum. Tamen resuscitauimus vos
post mortem vestram, spe, grato agnosceretis
56 animo. Item expansis super vos nubibus, de-
misimus vobis Manna, ac coturnices. Come-
dite de bonitate, quâ vos aluimus. Certè nul-
lâ nos affecerunt iniuria *murmurantes;* sed fue-
57 runt in seipsos iniurii. Praeterea diximus, in-
troite ciuitatem hanc, ac comedite ex ista, vbi-
cunque volueritis, liberè. accedite quoque por-
tam hanc humilimè vos incuruantes, et dicite
istam

نَغْفِرْ لَكُمْ خَطَايَاكُمْ وَسَنَزِيدُ

58 ٱلْمُحْسِنِينَ * فَبَدَّلَ ٱلَّذِينَ ظَلَمُوا

قَوْلاً غَيْرَ ٱلَّذِي قِيلَ لَهُمْ فَأَنْزَلْنَا

عَلَى ٱلَّذِينَ ظَلَمُوا رِجْزًا مِنَ ٱلسَّمَآءِ

59 بِمَا كَانُوا يَفْسُقُونَ * وَإِذِ ٱسْتَسْقَى

مُوسَى لِقَوْمِهِ فَقُلْنَا ٱضْرِبْ بِعَصَاكَ

ٱلْحَجَرَ فَٱنْفَجَرَتْ مِنْهُ ٱثْنَتَا عَشْرَةَ

عَيْنًا قَدْ عَلِمَ كُلُّ أُنَاسٍ مَشْرَبَهُمْ

كُلُوا وَٱشْرَبُوا مِنْ رِزْقِ ٱللَّهِ وَلَا

istam pro peccatorum remissione precationem, condonabimus vobis peccata vestra, augebi-
58 musque benefactores. Sed substituit *quisque eorum* qui iniusti erant, sermonem diuersum ab eo qui dictus fuit ipsis, itaque dimisimus super *eos* qui iniustè agebant, iram de coelo; eò quod
59 essent impii. Etiam cum potum peteret Moses populo suo, diximus, percute baculo tuo petram, et defluxêre exinde fontes duodecim: certe notuit quilibet hominum locum potus sibi destinatum,

60 تَعْثَوْا فِي ٱلْأَرْضِ مُفْسِدِينَ * وَإِذْ
قُلْتُمْ يَا مُوسَي لَنْ نَصْبِرَ عَلَى
طَعَامٍ وَاحِدٍ فَٱدْعُ لَنَا رَبَّكَ يُخْرِجْ
لَنَا مِمَّا تُنْبِتُ ٱلْأَرْضُ مِنْ بَقْلِهَا
وَقِثَّآئِهَا وَفُومِهَا وَعَدَسِهَا وَبَصَلِهَا قَالَ
أَتَسْتَبْدِلُونَ ٱلَّذِي هُوَ أَدْنَي بِٱلَّذِي
هُوَ خَيْرٌ ٱهْبِطُوا مِصْرًا فَإِنَّ لَكُمْ
مَا سَأَلْتُمْ وَضُرِبَتْ عَلَيْهِمُ ٱلذِّلَّةُ
وَٱلْمَسْكَنَةُ وَبَآءُوا بِغَضَبٍ مِنَ ٱللَّهِ

ſtiuatum. Edite ac bibite de commeatu Dei, nec
60 damna inferte terrae, viuentes perditè. Et cum
diceretis, ô Moſes! neutiquam acquieſcemus in
cibo vnico: inuocà noſtri cauſa Dominum tuum,
vt prodire faciat nobis de eo quod terra produ-
cit ex oleribus, et cucurbitis, item cicere, len-
tibus, ac cepis ſuis: dixit, an permutando ac-
quiretis id quod eſt vilius, pro eo quod eſt lon-
gè melius? faceſſite hinc in Aegyptum, nam
vobis quid petitis? Inflicta itaque eſt ipſis ino-
pia

ذٰلِكَ بِأَنَّهُمْ كَانُوا يَكْفُرُونَ بِآيَاتِ
ٱللّٰهِ وَيَقْتُلُونَ ٱلنَّبِيِّينَ بِغَيْرِ
ٱلْحَقِّ ذٰلِكَ بِمَا عَصَوْا وَكَانُوا
يَعْتَدُونَ *

pia ac penuria, et inciderunt in iram diuinam: hoc, eò quod abnegarent ipsi textus diuinos, interficerentque Prophetas inique: quo ipso immorigeros se ostendebant, et transgrediebantur.

## ADNOTATIONES.

1.) *ad versum* 39). Verba haec *et meum obseruate honorem*, *seruabo vestrum*, secundum textum Arabicum sunt: *et seruate foedus meum*, *seruabo foedus vestrum*. Nam vocabulum عَهْدٌ, quod DANZIVS h. l. vertit *honorem*, vsitatius significat *foedus*, *mandatum*, *iuramentum*, quam significationem in superioribus vers. 26. ipse DANZIVS etiam expressit, a rad. عَهِدَ *foedus pepigit*, *praecepit*. Eandem *foederis* notionem alii quoque assumunt, qui per foedus primo loco nominatum intelligunt pactum de credendo in Mohammedem, alterum vero foedus interpretantur de pacto quod pepigit Deus cum Israelitis de dando iisdem paradiso.

 2) *ad*

2.) *ad versum* 40.) Verba illa *id quod demisi, verificans id quod* iam olim fuit *vobiscum*, intelligit IAHIAS de Alcorano ab inspiratione divina profecto, qui verificaret et confirmaret id quod Iudaei habent in Pentateucho, et convenit cum illo circa vnitatem Dei, et prophetiam de Mohammede. Non contradicit igitur ex mente prophetae falsi laudatus Coranus Mosi aut Prophetis, sed potius doctrinam librorum Iudaeis concreditorum confirmat veramque praedicat.

3.) *ad eund. versum* 40). Vltima huius commatis verba vertit celeb. MICHAELIS: *neque versus meos exiguo commutate lucro;* sed celeb. FRORIEP hac in re MARRACCIVM secutus: *neque commutetis cum signis meis pretium paruum.* Vbi obseruandum est, quod vocabulum أَيَاتٌ vel آيَاتٌ sit pluralis τοῦ singularis آيَةٌ *signum, miraculum, versus* seu *comma* et *paragraphus Corani.* Quamcunque igitur eligamus versionem, his certe prohibetur verbis, ne Iudaei textus biblicos corrigerent, mutarent aut corrumperent pretii parui causa; cuius corruptionis Mohammed accusat Iudaeos, quia neque fabulas auditu acceptas, neque quae ipse in codice sacro legi cupiebat, in illo adesse intelligebat. Ipsam vero hanc accusationem, et vaticinia, quae de Mohammede ex asseclarum eius mente in codice sacro reperiuntur prolixe refutat MARRACCIVS ad h. l. p. 26. sqq.

17) ad

4.) *ad versum* 44) Vocabulum صَبْر significat interdum *patientiam*, sed vsitatius *abstinentiam*, *ieiunium*, vnde شهر الصبر *mensis ieiunii*. Quae significatio vsitatior a DANZIO nostro recte etiam hoc loco retinetur. Sed cl. MICHAELIS interpretatur vocabulum illud de *spe*. h: m. *auxiliumque implorate spe et oratione*, et hanc addit notam: „Solet noster illorum haud raro mentionem facere, qui auxilium Dei implorant non sibi potius, quam religioni, petuntque, vt exstinctae idololatriae victricem Deus succedere iubeat vnius numinis religionem. Forte et huius loci eadem sententia est: *Coranum, qui verae religioni suppetias fert, nolite abominari, sed potius auxilium hoc a Deo missum mittendumque laeti accipite, atque precibus expetite.*"

5.) *ad versum* 48). Vocabulum يَسْتَحْيُونَ est 3. perf. plural. mascul. Futuri in Coniug. X. a rad. حَيِيَ et حَيَّ *pudore affectus fuit*, it. *vixit*, in X. it. et transitiue *pudore affecit*, *in viuis reliquit*. collat. §. 48. I, 1. et II, 1. β. Et quia vocabulum hocce in significatione priori supra vers. 25. adfuit, eandem heic quoque retinuit DANZIVS noster. Sed MARRACCIVS et FRORIEPIVS alterum significatum eligunt, vertentes: *et viuere sinebant foeminas vestras*, itemque MICHAELIS: *et femellas vestras viuas servabant.*

*vabunt.* Et pro hoc significatu narratio Corani cum relatione Mosaica Exod. 1, 16. magis convenit. Interim negandum haud est, quod versio latina antiqua a THEODORO BIBLIANDRO edita: *Nonne enim vos ego de manu Pharaonis prolem vestram necantis, mulieresque surripientis, liberaui?* patrocinetur DANZIO.

6.) *ad versum 50).* Verbum وَعَدَ *praedixit, promisit, condixit,* in Coniug. III. significat *indixit constituitque tempus* aut *locum*, sicque *stato tempore et loco conuenit* et *collocutus est;* quam significationem etiam Ebraeorum יָעַד et Syrorum ܘܥܕ exhibet. Melius igitur vertitur a DANZIO: nihilominus cum *indixissemus Mosi quadraginta noctes*, seu versati fuimus cum Mose quadraginta noctes, quam a MARRACCIO: et quando *pepigimus cum Moyse quadraginta noctes.*

7.) *ad versum 52).* Vocabulum فُرْقَان a rad. فَرَقَ *diuisit, separauit, distinxit* vers. 49. est pluralis τῦ singularis فُرْق *sectio verum a falso discernens, distinctio.* Et FRORIEPIUS MARRACCIUM et MICHAELEM secutus vocabulum illud in singulari exprimit per *distinctionem*, sed hanc simul addit notam p. 50. *legem intelligit, boni malique puri et impuri discrimen statuentem; quae est sententia Salii et cl. Michaelis,*

*neque*

*neque minus Ryerii et Relandi l. c. p. 231: a qua, Golium sequens, dissentio. Nam* فرقان *sine dubio est sectio legenda. Igitur nostrum locum sic intelligo, Mosi librum traditum fuisse cum omnibus eius partibus ac sectionibus.* Atque huic explicationi versio DANZII nostri egregie respondet.

8.) *ad versum* 53). Verba Arabica *interficite animas vestras* recte vertuntur *interficite vos ipsos* §. 68. et ex mente MARRACCII his verbis innuitur, quod innocentes interficere debuissent noxios.

9.) *ad versum* 56). Vocabulum سَلْوَي respondet Ebr. שְׂלָו ideoque haud male per *coturnices* a DANZIO cum MARRACCIO vertitur, quia vocabulum Ebraicum a rad. סָלָה *calcauit*, *proculcauit*, deduci potest, vt *coturnix* a proculcando et subsiliendo in terra suam habeat denominationem. conf. nostra *Biblia Ebr. analyt.* p. 226. edit. nov. vbi aliarum etiam deriuationum fit mentio. Sicut vero per hoc vocabulum Ebraicum alii *locustas*, alii *pisces alatos* intelligunt, quod ex CLERICI Commentar. ad Num. XI, 31. cognosci potest, et posteriorem hanc sententiam celeb. MICHAELIS amplectitur, quod quaestiones ab eo eruditis in Arabiam missis propositae, edit. germ. p. 11. sq. itemque Syntagma commentat. P. II. p. 104. sqq. docent; ita non miror, illum in versione sua latina vocabulum Arabicum retinuisse inuariatum,

tum, dum vertit: *demiſimus vobis mannam ac Saluam*, et l. c. p. 14. notam addit: „Eſt nomen Hebraicum שלו, quod in ignoto ſibi cibo Arabes retinent. Neque enim exiſtimandum, ipſum hoc nomen *Salua* ſeu *Selav* Arabibus ſermone quotidiano teri, atque aliquod notum auis aut piſcis genus deſignare, ſed obſcurum illis eſt, atque ſiue peregrinum ſiue obſoletum, quod vel commenta interpretum Corani arguunt. etet.„

10) *ad verſum* 57). Vocabulum حِطَّةٌ deſcendit a rad. حَطَّ *demiſit*, *deiecit*, *depoſuit*, et ſignificat depoſitionem onerum atque *remiſſionem peccatorum*. FRORIEPIVS vertit *et dicite: remiſſio peccatorum* contingat! qua in re conſentit cum MARRACCIO *et dicite: indulgentia peccatorum detur nobis. a vobis.* Sed MICHAELIS vertit: *et dicite carmen piaculare*, adeoque vocabulum metonymice intelligit, ſicque magis cum DANZIO noſtro conſentit.

11) *ad verſum* 59). Circa fontes, qui ex petra profluxiſſe dicuntur, THEOD. BIBLIANDER l. c. fol. 10. ad marginem notat: *commiſcet duas hiſtorias Exod.* 15. *et* 17. *Hiſtoria Exod.* 16. *deprauata.* Nec multum ab eo recedit MARRACCIVS, hoc loco aut ineſſe figmentum rabbinicum aut confuſionem Exod. 15, 27. et 33, 9. cum Exod. 17. et Num. 20. credens; ſed hunc refutauit SALIVS, quem ſequitur

MICHAE-

MICHAELIS in Diss. citat. p. 15. et in Quaestionibus mox laudatis p. 38. sqq.

*Sura II.* 61-73.

61 إِنَّ ٱلَّذِينَ آمَنُوا وَٱلَّذِينَ هَادُوا
وَٱلنَّصَارَىٰ وَٱلصَّابِئِينَ مَنْ آمَنَ
بِٱللَّهِ وَٱلْيَوْمِ ٱلْآخِرِ وَعَمِلَ صَالِحًا
فَلَهُمْ أَجْرُهُمْ عِنْدَ رَبِّهِمْ وَلَا خَوْفٌ
62 عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ * وَإِذْ
أَخَذْنَا مِيثَاقَكُمْ وَرَفَعْنَا فَوْقَكُمُ
ٱلطُّورَ خُذُوا مَا آتَيْنَاكُمْ بِقُوَّةٍ
وَٱذْكُرُوا مَا فِيهِ لَعَلَّكُمْ تَتَّقُونَ *

61 Profectò quicunque credunt, item qui Iudaei sunt, aut Christiani, vel Sabaei, quisquis credit in Deum ac diem vltimum, et operatur probitatem, sua vtique ipsis merces apud Dominum suum, nullus eis imminebit timor, nec
62 ipsi dolebunt. Cum reciperemus foedus vestrum, extulimus super vos montem. Recipite id quod attulimus vobis cum clamore magno, ac firmâ retinete memoriâ id quod in eo est; hoc

63 ثُمَّ تَوَلَّيْتُمْ مِنْ بَعْدِ ذٰلِكَ فَلَوْلَا
فَضْلُ ٱللّٰهِ عَلَيْكُمْ وَرَحْمَتُهُ
64 لَكُنْتُمْ مِنَ ٱلْخَاسِرِينَ * وَلَقَدْ
عَلِمْتُمُ ٱلَّذِينَ ٱعْتَدَوْا مِنْكُمْ فِي
ٱلسَّبْتِ فَقُلْنَا لَهُمْ كُونُوا قِرَدَةً
65 خَاسِئِينَ * فَجَعَلْنَاهَا نَكَالًا لِمَا
بَيْنَ يَدَيْهَا وَمَا خَلْفَهَا وَمَوْعِظَةً
66 لِلْمُتَّقِينَ * وَإِذْ قَالَ مُوسَى لِقَوْمِهِ إِنَّ
ٱللّٰهَ يَأْمُرُكُمْ أَنْ تَذْبَحُوا بَقَرَةً

63 hoc modo euadetis pii. Sed tergum vertiſtis
deinceps, et niſi Dei ſuper vos exundaſſet be-
nignitas ac miſericordia, è numero eſſetis per-
64 ditorum. Dudum noſtis, qui transgreſſi fue-
rint è vobis in Sabbatho: certè diximus illis,
65 ſimiae eſtote abiectae. Ac poſuimus id in
exemplum ei quod inter manus eius, et quod
pone illud (*i. e. coaetaneis ſuis ac poſteris*), at-
66 que admonitionem piis. Cumque diceret Mo-
ſes populo ſuo, omninò Deus praecepit vobis,
vt

قَالُوا أَتَتَّخِذُنَا هُزُوًا قَالَ أَعُوذُ
بِاللّٰهِ أَنْ أَكُونَ مِنَ الْجَاهِلِينَ *
67 قَالُوا ادْعُ لَنَا رَبَّكَ يُبَيِّنْ لَنَا مَا هِيَ
قَالَ إِنَّهُ يَقُولُ إِنَّهَا بَقَرَةٌ لَا فَارِضٌ
وَلَا بِكْرٌ عَوَانٌ بَيْنَ ذَلِكَ فَافْعَلُوا
68 مَا تُؤْمَرُونَ * قَالُوا ادْعُ لَنَا رَبَّكَ
يُبَيِّنْ لَنَا مَا لَوْنُهَا قَالَ إِنَّهُ
يَقُولُ إِنَّهَا بَقَرَةٌ صَفْرَاءُ فَاقِعٌ لَوْنُهَا

vt mactetis VACCAM; dixerunt, an expones nos ludibrio? dixit: deum inuoco testem, quod non
67 sim stultus. Dixerunt: inuoca pro nobis do-
min[illegible] b[illegible], vt indicet nobis [illegible] esse de-
[illegible] vere [illegible] a sit
[illegible] cu[illegible] ta-
[illegible] tur
[illegible] um
[illegible] is?
[illegible] mo-
[illegible] uen-
tes.

69 تَسُرُّ ٱلنَّاظِرِينَ * قَالُوا ٱدْعُ لَنَا
رَبَّكَ يُبَيِّنْ لَنَا مَا هِيَ إِنَّ ٱلْبَقَرَ
تَشَابَهَ عَلَيْنَا وَإِنَّا إِنْ شَآءَ ٱللَّهُ
70 لَمُهْتَدُونَ * قَالَ إِنَّهُ يَقُولُ إِنَّهَا
بَقَرَةٌ لَا ذَلُولٌ تُثِيرُ ٱلْأَرْضَ وَلَا تَسْقِي
ٱلْحَرْثَ مُسَلَّمَةٌ لَا شِيَةَ فِيهَا قَالُوا
ٱلْآنَ جِئْتَ بِٱلْحَقِّ فَذَبَحُوهَا
71 وَمَا كَادُوا يَفْعَلُونَ * وَإِذْ قَتَلْتُمْ

69 tes. Dixerunt: inuoca pro nobis dominum
tuum, vt indicet nobis, qualis illa sit; nam
vaccae similes apud nos sunt, et profecto, si
70 voluerit deus, dirigemur. Respondit, ille vere
dixit: illa sit vacca non submissa iugo, quae
araret terram, neque riget sata, integra sit, in
qua non sit macula. Dixerunt: nunc protulisti
veritatem, ideoque mactarunt illam, licet *an-*
*tea*, vt non facerent, admodum proni fuerint.
71 Cumque interfeceritis quendam, et contende-
ritis

نَفْسًا فَادَّارَأْتُمْ فِيهَا وَٱللَّهُ مُخْرِجٌ
72 مَا كُنْتُمْ تَكْتُمُونَ ۞ فَقُلْنَا
ٱضْرِبُوهُ بِبَعْضِهَا كَذَلِكَ يُحْيِي ٱللَّهُ
ٱلْمَوْتَى وَيُرِيكُمْ آيَاتِهِ لَعَلَّكُمْ
73 تَعْقِلُونَ ۞ ثُمَّ قَسَتْ قُلُوبُكُمْ مِنْ
بَعْدِ ذَلِكَ فَهِيَ كَٱلْحِجَارَةِ أَوْ
أَشَدُّ قَسْوَةً وَإِنَّ مِنَ ٱلْحِجَارَةِ
لَمَا يَتَفَجَّرُ مِنْهُ ٱلْأَنْهَارُ وَإِنَّ
مِنْهَا لَمَا يَشَّقَّقُ فَيَخْرُجُ مِنْهُ

ritis inuicem de eo; tum Deus proferet in lu-
72 cem quod occultabatis. Et diximus: percutite
eum particula quadam huius vaccae; tum viui-
ficabit Deus mortuum, et oſtendet vobis ſigna
73 ſua, vt vos intelligatis. Tum obdurata ſunt
corda veſtra poſt haec, et facta ſunt vt petra,
ſiue firmiora duritie. Etenim ex petra quadam
mox erumpebant flumina, itemque ex illa mox
ſcindebatur alia, ex eademque proueniebat aqua,
item-

ٱلْمَآءُ وَإِنَّ مِنْهَا لَمَا يَهْبِطُ مِنْ
خَشْيَةِ ٱللَّهِ وَمَا ٱللَّهُ بِغَافِلٍ عَمَّا
تَعْمَلُونَ *

itemque de illa mox aliquis plane ſubſidebat timore Dei. Non autem Deus negligit id quod facitis.

## ADNOTATIONES

1) *ad verſum* 61.). De *Sabaeis*, qui a MAIMONIDE in More Nebuchim crebro nominantur, ſed in alio ſignificatu ab illo ſumuntur, conferri poteſt praeter SALIVM in Diſcurſu praelim. p. 14. 15. HOTTINGERVS in Hiſtor. orientali Lib. I. Cap. 8. p. 245. ſqq. et LVDOV. DE DIEV ad Hiſtor. Perſic. p. 576. qui etiam in Append. ad Cap. 2. Matthaei breuem hanc de Sabaeis ſuppeditat deſcriptionem: „In hiſtoria Saracenica dicuntur primo anno, quo Mahomed religionem ſuam in publicum proferret, ad eum, praeter Chriſtianos et Iudaeos, veniſſe vt cum eo contraherent, *Magi* et *Sabaei*. Quorum Magi ſecta erant Perſarum ignem colentium; Sabaei Indorum ſtellas colentium„. Quomodo autem Mohammedis effatum in hoc commate obuium cum Sura III, 78. conſiſtere poſſit, docet MICHAELIS in Diſſ. cit. p. 17. quocum conferri poteſt RELANDVS in Tract. de religione Mohammedica Lib. II. §. 2. p. 96. ſqq.

2) *ad*

2) *ad versum* 62). Post verba *extulimus super vos montem* recte inserunt MICHAELIS et FRORIEPIVS vocabulum *inquientes* siue *dicentes*, quod dicti signum Arabes omittere solent, sicut etiam in codice sacro לֵאמֹר haud raro supplendum est, v. g. Psalm. 2, 3. Ps. 89, 4. Ps. 137, 3. Ies. 3, 6. Ierem. 4, 31. 11, 19. etct. Ista autem verba laudatus MICHAELIS vertit: *ac sustulimus supra vos montem*, et hanc addit notam: Montem Sinai insigni miraculo sublatum a Deo fingit, capitibus Israëlitarum immittendum, si legem accipere recusarent.

3) *ad versum* 64) Vltima verba commatis huius MICHAELIS clarius exprimit: *estote simiae ab hominum conspectu abigendi*, et hanc addit notam: „Vltimam versus vocem reddunt fere, *abiecti* seu *viles*, non male quidem; at cum idem verbum et sit, ab hominum conspectu et societate remoueri, hanc significationem nostro loco aptiorem duxi, in quo de hominibus sermo est mutatis in simias, ab hominum societate remouendas.„ Fabulam ipsam, quam respicit comma hoc, de transgressoribus sabbati eorumque poena MARRACCIVS et SALIVS enarrarunt, et breue istius argumentum ita refert ex illis FRORIEP p. 54. Tempore Dauidis quidam Israelitae die Sabbati piscati sunt, piscesque assatos comederunt, licet ab aliis fidelibus piisque viris admonerentur, vt ne ita agerent. Igitur maledixit his improbis Dauid, et Deus transformauit illos in simias.

 simias.

mias. In quo statu tres dies permanserunt, deinde perierunt, nec per generationem se propagarunt. Misit autem Deus ventum, qui arreptas simias proiecit in mare.

4) *ad versum 65).* Quam in parenthesi DANZIVS noster suppeditauit explicationem agnoscit etiam MICHAELIS, qui comma hoc vertit: *posuimusque exemplum isti quod tum erat seculo, ac futuro, et dehortationem religiosis*, itemque FROR IEPIVS, qui, cum MARRACCIO vertens: *et posuimus eas exemplum iis, qui fuerunt ante eas, et illis, qui post eas: et admonitionem timentibus*, hanc addidit notam: *ante eas* h. e. qui eo tempore vixerunt, qui coram facie manibusque earum quasi conspiciebantur.

5) *ad versum 66).* Vocabulum 12mum huius commatis أَتَتَّخِذُنَا *an accipies nos*, est a rad. أَخَذَ *cepit, sumsit*, 2 pers. singul. mascul. Futuri in Coni. VIII. تَتَّخِذُ pro تَأْتَخِذُ §. 41. III. obs. 4. β. cum suffixo 1. pers. plural. commun. et praefixo أ collat. §. 39. IV. §. 50. II, 3. §. 12. et obs. 1. Et hoc vocabulo clauditur DANZII nostri specimen Coranicum, cuius mentio supra p. 259. est facta. Sed quia in medio versus hoc modo desinit specimen illud, non solum reliqua huius commatis verba, sed commata etiam sequentia quae ad historiam de

*Vacca*

*Vacca* adhuc pertinent, addere placuit. Fabulam huic pericopae intelligendae scitu vtilem atque necessariam MARRACCIVS et SALIVS iterum narrant, cuius summa est, huius vaccae sacrificio hominem occisum ab inferis excitatum indicasse, a quo occisus esset. Immolarunt enim, secundum fabulam istam, vaccam, cuius aetas, color, signa et adfectiones reliquae, mandatis Dei, in his versibus praescriptis, conveniebant, et tetigerunt cadauer hominis occisi particula illius. Tum reuixit, stetitque rectus, dicens: occidit me talis, et mox cadens iterum mortuus est. Ad quaestionem igitur in nostro commate obuiam *an ludibrio nos habes?* recte hanc celeb. MICHAELIS addit notam: Nempe, quod promittis, hac vacca mactata occisum in vitam rediturum, indicaturumque parricidam.

6) *ad versum 70*) Traiectio verborum in fine huius commatis aliquam causat obscuritatem. MARRACCIVS vertit: *et non prope fuerunt, vt facerent*, addens in parenthesi: *id est, parum abfuit quin id facere renuerent*, et hanc denuo p. 36. adponit notam: *quia nimirum magnitudine pretii ab emenda vitula deterrebantur.* Quam notam cum versione ista, omissa parenthesi, repetiit Cl. FRORIEP l. c. p. 55. Sic vero connexio apta cum verbis praecedentibus non deprehenditur. Verbum كَادَ, de quo ALB. SCHVLTENS in Notis ad Excerpta ex *Hamasa*,

 quae

quae deprehenduntur in ERPENII Grammat. Arab. edit. 1748. vberius agit p. 343. et 344. significat non solum *molitus est*, *tractauit* rem, sed etiam *prope fuit* quasi *in nisu*, *in conatu vehementiori*, ideoque *admodum pronus fuit* ad aliquid. Si igitur particulum و particulae negandi مَا praemissum vt Ebraeorum ו cui illa respondet, vertamus concessiue *quamuis*, *licet*, §. 149. I, 6. *Interpr. Danzii;* nostra versio meliorem connexionem efficiens meliori iure admitti poterit. Attamen etiam, quando particula و redditur aduersatiue §. 149. II, 3. *Interpr. Dan.* sine transpositione verba commode verti possunt: *sed non proni fuerunt admodum* antea *vt facerent* illud. A qua versione non valde discrepat Cl. MICHAELIS, verba posteriora commatis huius vertens: *Dixerunt: iam veritatem attulisti; mactaruntque illam. In eo autem fuerunt, vt nihil harum facerent.*

7) *ad versum* 71). Vocabulum quartum huius commatis apud MARRACCIUM et FROKIEPIUM legitur فَادَّارَتُّمْ; hic tamen in nota p. 55. monet: *Legas in textu velim* فَادَّارَأْتُمْ. *Singularis anomalia est, quando diuersae coniugationes in vna dictione confunduntur v. c. coniugatio sexta et octaua, vti in nostro versu. radix est* دَرَأَ *cf.* Vriemoet *Arabismus Sect. VII. de Verbo perfecto.* §. 125. p. 45. Equidem celare

lare nolo, hanc lectionem فَادَّارَأْتُمْ reuera deprehendi apud HINCKELMANNVM; sed fatha super posteriori Elif absque dubio pro Gjesma ex vitio scribendi ortum est. Si vel maxime enim formam mixtam ex coniugat. octaua et sexta (melius: et *tertia*) admittere velimus; nulla tamen vnquam adferri poterit ratio sufficiens, cur tertia radicalis Elif pro Gjesma accipiat Fatha. Legendum est itaque فَادَّارَأْتُمْ, quod descendit a rad. دَرَأَ *pepulit*, *repulit*, III. VI. et VIII. *contendit vnus cum altero; aduersatus fuit*, tanquam 2. persona plural. masc. Praeteriti Conj. VIII. quae est اِدَّرَأْتُمْ pro اِدْتَرَأْتُمْ vel اِتْدَرَأْتُمْ §. 41. III. obs. 4. cui iam additur praefixum فَ cum fatha §. 50. II, 3. propter quod littera characteristica اِ Wesla accipit et vocali sua priuatur §. 14. III. obs. 1. Sicque nihil anomaliae relinquitur, nisi quod Elif quiescens vocali suae homogeneae Fatha super prima radicali obuiae postponatur §. 53, 1. Et exinde diiudicandus quoque est GOLIVS in L. A. p. 811. vbi sub rad. دَرَأَ *pepulit*, *repulit*, habet III. *contendit renitendo*, *aduersatus fuit*. VI. et pro eo اِدَّارَأَ Iddaraa *certarunt inter se atque inuicem aduersati fuerunt.*

 II) SPE-

## II) SPECIMEN APOLOGICVM
### EX
## FABVLIS LOKMANNI 1.)
### FABVLA I. 2.)

أَسَدٌ وَثَعْلَبٌ ه

أَسَدٌ مَرَّةً شَاخَ وَضَعُفَ وَلَمْ يَقْدِرْ
عَلَي شَيْءٍ مِنَ ٱلْوُحُوشِ فَأَرَادَ أَنْ
يَحْتَالَ لِنَفْسِهِ فِي ٱلْمَعِيشَةِ فَتَمَارَضَ
وَأَلْقَي نَفْسَهُ فِي بَعْضِ ٱلْمَغَايِرِ وَكَانَ
كُلَّمَا أَتَاهُ شَيْءٌ مِّنَ ٱلْوُحُوشِ
لِيُودِعَهُ 3) (لِيَعُودَهُ) ٱفْتَرَسَهُ دَاخِلَ
ٱلْمَغَارَةِ وَأَكَلَهُ فَأَتَي ٱلثَّعْلَبُ إِلَيْهِ
فَوَقَفَ عَلَي بَابِ ٱلْمَغَارَةِ مُسَلِّمًا
عَلَيْهِ قَايِلًا لَهُ كَيْفَ حَالُكَ يَا
سَيِّدُ

سَيِّدُ ٱلْوُحُوشِ فَقَالَ لَهُ ٱلْأَسَدُ لِمَاذَا

لَا تَدْخُلُ يَا أَبُو (4 ٱلْحُسَيْنِ (ٱلْحُصَيْنِ)

فَقَالَ لَهُ ٱلثَّعْلَبُ يَا سَيِّدُ قَدْ كُنْتُ

هَمَمْتُ (؟ عَلَى ذٰلِكَ غَيْرَ أَنَّنِي أَرَى

عِنْدَكَ آثَارَ أَقْدَامٍ كَثِيرَةٍ قَدْ دَخَلُوا

وَلَا أَرَى أَنْ خَرَجَ مِنْهُمْ وَلَا وَاحِدٌ *

هٰذَا مَعْنَاهُ ه

أَنَّ مَا سَبِيلُ ٱلْإِنْسَانِ أَنْ يُهْجِمَ

عَلَى أَمْرٍ إِلَّا حَتَّى يُمَيِّزَهُ *

### *Leo* et *Vulpes.*

Leo aliquando cum fenuiſſet et debilis factus eſſet, nec praeualeret vlli ferarum, voluit ſibi dolo acquirere victum, et morbum ſimulans, ſe in ſpeluncam quandam abiecit. Accidit autem vt, quotiescunque accederet ad eum ferarum aliqua ipſum cuſtoditura, (*viſitatura*), eam in ſpecu dilaceraret, et deuoraret. Venitque ad eum Vulpes, et ſubſtitit ad oſtium ſpeluncae, ac ſalutauit eum, dicens:

cens: Qualis est status tuus, o princeps ferarum? Dixitque *illi* Leo: Quamobrem non ingrederis o Pater pulchritudinis (*munitiunculae*)? Respondit Vulpes: Considerem ego in hoc, domine, nisi viderem apud te vestigia multorum pedum, qui ingressi sunt, quorum ne vnum quidem video egressum esse.

*Hoc significat,*

Non oportere hominem rem aliquam aggredi, antequam probe eam perpenderit.

## ADNOTATIONES.

1) Non est mihi animus omnes triginta septem Lokmanni fabulas adducendi, quas a diuersis et diuerso tempore editas esse docui in *Actis Acad. Elect. Moral. Mogunt. scient. vtil.* quae Erfordiae est Tom. I. p. 583. not. a); sed eos tantum apologos duodecim speciminis loco proferam, ex quibus decem cum fabulis Æsopi, et duo reliqui cum fabulis Phaedri vel plane iidem sunt, vel maximam habent conuenientiam. Neque de iis, quae circa Lokmannum eiusque apologos notanda sunt, hoc loco agam prolixe; quia desiderio illius, qui originem fabularum atque discrimen earum, et qui Lokmannum eiusque fabulas vberius nosse velit., mea iam poterit satisfacere *Commentatio inventionem fabularum Æsopo tributam in Lokmannum transferens*, quae in laudatis Actis Tom. I. in fin. deprehenditur. Lokmannus noster, Arabs sapientissimus, cuius imitator fuit Æsopus Phrygia ortus, ad tempora Dauidis Israelitarum

rum regis refertur, et cum Æſopo, qui quatuor ſeculis recentior eſt, pro vna eademque perſona haberi non poteſt. Licet enim in hac fuerint opinione GOLIVS, HEVMANNVS, HOTTINGERVS, MARRACCIVS, PFEIFFERVS, SCHNEIERVS, SCHVDT, aliique; eidem tamen ſententiae calculum ſuum addere recte recuſarunt FABRICIVS, GELLERTVS, et STOLLIVS, quorum mentio facta eſt l. c. §. 7. 8. Rationes, ob quas apologos Lokmanni antiquiores eſſe fabulis Æſopi credo, adduxi ibi §. 10. iſtae autem rationes, cur Lokmannum cum Æſopo eſſe eundem nonnulli putarunt, reiiciuntur ibidem §. 11.

2) Haec fabula apud *Lokmannum* eſt VI. et apud *Æſopum* CXXXVII. in edit. Heuſingeri p. 105. vbi alia ex *Aphtonio* additur p. 107. et vtriusque conuenientia cum noſtra Lokmanniana a quolibet ſtatim perſpici poterit.

3) Vocabulum لِيُودِعَهُ *cuſtoditura ipſum, ſiue vt ſermonem inſtitueret cum ipſo*, eſt a rad. وَدَعَ *repoſuit, collocauit*, 3. perſ. ſingul. maſc. Futuri in Coniug. IV. يُودِعُ §. 46. II, 1. cum ſuffix. 3. perſ. ſing. maſcul. et praefixo لِ. collat. §. 39. §. 50. II, 1. §. 91. §. 59. Ad alteram lectionem in parentheſi a *Golio* in Erpenii Gram. Arab. p. 216. aſſumtam, iſte hanc addidit

dit notam: „*ليودعه *Hoc in Coniug. II. notat:* valediceret, *et in Coniug. IV.* depositum relinqueret custodiendum: *quorum neutrum hic quadrat. Itaque leui facta metathesi legendum puto* يعوده, visitaret aegrotantem „. Sed quia Golius ipse in Lex. Arab. sub rad. وعد testatur, quod in Coniug. IV. etiam significet *communicauit* sermonem, eoue *allocutus fuit*; pro lectione ordinaria aliam substituendi ratio sufficiens adesse mihi nondum videtur.

4) Ad hoc vocabulum in ERPENIO l. c. additur nota: „Pater bonitatis *vel* pulchritudinis] *Arabismus*, in quo أب venit pro ذو. Omnino legendum حُصَيْن *munitiunculae.* Dimin. ab حِصْن *munimentum:* Ita *Gjeuh.* ابو الحصين كنية عن الثعلب *pater munitiunculae est periphrasis vulpeculae.* Vtitur *Haririus* Conf. 49. مكر ابي حصين *Astutia patris munitiunculae* „. Sed quia vi idiotismi indicati *o pater pulchritudinis* siue *bonitatis* idem est ac *o pulcherrime!* siue *ô optimum animalculum!* §. 67. ex mea sententia iterum ratio lectionem ordinariam deserendi et nouam pro illa substituendi sufficiens non adest.

5) Vocabulum عَوْلَتْ *confidi* est a rad. عال

عَالَ pro عول *declinauit, excessit modum*, II. *fretus fuit, fiduciam fixit* in alio, 1. perf. sing. Praeter. in Coniug. II. collat. §. 47. II. Ideoque verba textus proprie essent: *certe*, siue *dudum*, *fui confidi in hoc*, pro quo secundum §. 78. II. recte dicitur: *certe confidissem in hoc*, siue *dudum cum fiducia fecissem hoc*, *nisi* etct. Et in Erpenio l. c. p. 217. ad verba: *confiderem ego in hoc*, hanc habes notam: *id est*, crederem bonis tuis, nisi etct. *est enim* تعويل inniti, confidere. * *vel* minime veritus eram id facere.

---

## FABVLA II. 1)

غَزَالٌ وَأَسَدٌ ه

غَزَالٌ مَرَّةً مِنْ خَوْفِهِ (2 مِنَ ٱلصَّيَّادِينَ ٱنْهَزَمَ إِلَى مَغَارَةٍ فَدَخَلَ إِلَيْهِ ٱلْأَسَدُ فَٱفْتَرَسَهُ فَقَالَ فِي نَفْسِهِ (3 ٱلْوَيْلُ لِي أَنَا ٱلشَّقِيُّ (4 لِأَنِّي هَرَبْتُ مِنَ ٱلنَّاسِ وَوَقَعْتُ فِي يَدِ (5 مَنْ هُوَ أَشَدُّ مِنْهُمْ بَأْسًا ☼

هٰذَا

هذا معناه ۞

من يفر من خوف يسير يقع في بلاء عظيم ۞

## Ceruus et Leo.

*Ceruus* (vel dorcas) aliquando timens sibi a venatoribus fugit in antrum, ingressusque ad eum est *Leo*, ac dilacerauit eum, dixitque secum: Vae mihi misero, qui ab hominibus fugi, et incidi in manum eius qui vehementior illis est robore.

*Hoc significat,*

Eum, qui fugit prae timore paruo, incidere in infortunium magnum.

## ADNOTATIONES

1) Haec fabula apud *Lokmannum* est VIII. et apud *Æsopum* LXIV. in edit. Heusingeri p. 53. vbi alia e codice Augustano additur p. 54. et vtriusque conuenientiam cum nostra Lokmanniana quilibet statim perspiciet.

2) Verba haec, quae recte vertuntur: *timens sibi*, proprie significant *prae timore suo*, nam posterius illorum est nomen خوف *timor, metus*, a rad. خاف *timuit, metuit*, cum suffixo 3. pers. collat. §. 85. §. 33. B. I, 2. §. 39. et I, 1. §. 35. II, 2.

3) Arabice *in anima sua* idem est ac *apud semetipsum* siue *secum* §. 68.

4) Vo-

4) Vocabulum hoc est nomen شَقِيٌّ *miser* a rad. شَقِيَ *miser, infelix fuit*, cum praefixo articulo §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 11. II, 1. β. §. 9. obs. 2. §. 14. I. Et versio ad verba est: *vae mihi, qui sum miser* (§. 178. et §. 40. I, 1. Interpr. Danz.) *vt eo fugerim ab hominibus, et inciderim* etc.

5) Vocabulum hoc *manus* idem est ac *potestas*, sicut Ebraeorum יָד §. 29. Interpr. Danz.

## FABVLA III. 1)

غَزَالٌ وَثَعْلَبٌ ۞

غَزَالٌ مَرَّةً عَطِشَ فَجَاءَ إِلَي عَيْنِ
مَاءٍ يَشْرَبُ وَكَانَ ٱلْمَاءُ فِي جُبٍّ
عَمِيقٍ ثُمَّ إِنَّهُ لَمَّا رَامَ عَلَي ٱلطُّلُوعِ (2
لَمْ يَقْدِرْ فَنَظَرَ ٱلثَّعْلَبُ فَقَالَ لَهُ يَا
أَخِي أَسَأْتَ (3 فِي فِعْلِكَ إِذْ لَمْ
تُمَيِّزْ طُلُوعَكَ قَبْلَ نُزُولِكَ ۞

هَذَا

هَذَا مَعْنَاهُ ۞

أَلَّذِي يَنْزِلُ إِلَي أَسْفَلِ ٱلْبَحْرِ

وَلَا يَعْرِفُ يَعُومُ (٢ حَتَّي إِلَي فَوْقِ

وَجْهِهِ ٱلْمَاءِ ۞

## *Ceruus* et *Vulpes.*

*Ceruus* aliquando cum ſitiret, venit ad fontem aquae, vt biberet: erat autem aqua in puteo profundo, vnde eum ille deinde conaretur aſcendere, non potuit. Viditque eum Vulpes, et dixit ei: O frater mi, feciſti male quod non perpenderis aſcenſum tuum ante deſcenſum tuum.

*Hoc ſignificat,*

Hominem, qui deſcendit in imum maris, neque ſcit natare, donec ſuper facie eius ſit aqua.

## ADNOTATIONES.

1) Haec fabula apud *Lokmannum* eſt IX, et apud *Æſopum* IV. in edit. Heuſing. p. 6. vbi alia ex Neueleto Fab. 284. additur p. 7. Et licet vtriusque conuenientia cum noſtra Lokmanniana non tanta ſit, quantam in fabulis praecedentibus deprehendimus, nemo tamen nullam plane adeſſe conuenientiam facile aſſeret.

2) Nomen طُلُوعٌ, a rad. طَلَعَ *aſcendit,*

*dit, ortus fuit,* significat *ascensum,* collat. §. 33. B. I, 2. (§. 85.) §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 11. II, 1. β. §. 9. obs. 2. §. 14. I. Ideoque Arabice ad verba: *Deinde vero ille quum quaereret ascensum* (§ 81. II.), *non valuit,* quod recte vertitur: *quum conaretur ascendere.* §. 79. II.

3) ad verbum: *deliquisti in actione tua.* * Estque أَسَبْتَ pro أَسَأْتَ nam, thema est, سَاءَ pro سَوَءَ, idem quod in Coniug. IV. scil. *male fecit;* et opponitur τῷ أَحسن. ERPEN.

4) Est nomen مَعْنَي *significatio, sensus,* illud *quod significatur,* a rad. عَنَي *voluit, intendit* aliquid, cum suffix. 3. pers. singul. masc. §. 39. I, 4. §. 35. II, 2. Et in Notis ERPENII additur ad hunc locum: *Significat hominem id est, fabula est in hominem:* et sic post aliquoties, cum videlicet accusatiuum non sequitur Infinitiuus.

5) يَعُومُ *natabit,* est a rad. عَامَ *natauit,* 3 pers. sing. mascul. Futuri Coniug. I. collat. §. 47. I, 1. et recte vertitur hoc loco in Infinitiuo §. 79. I.

FABV-

## FABVLA IV. 1)

إِمْرَأَةٌ وَدَجَاجَةٌ ۞

إِمْرَأَةٌ كَانَ لَهَا دَجَاجَةٌ تَبِيضُ (2 فِي
كُلِّ يَوْمٍ بَيْضَةً فِضَّةً فَقَالَتِ ٱلْإِمْرَأَةُ فِي
نَفْسِهَا إِنْ أَنَا كَثَّرْتُ عَلَفَهَا تَبِيضُ
بَيْضَتَيْنِ فَلَمَّا كَثَّرَ عَلَفُهَا تَشَقَّقَتْ
حَوْصَلَتُهَا فَمَاتَتْ ۞

هَذَا مَعْنَاهُ ۞

أَنَّ نَاسًا كَثِيرًا بِسَبَبِ رِبْحٍ كَثِيرٍ
يُهْلِكُونَ رَأْسَ (3 مَالِهِمْ ۞

*Mulier* et *Gallina.*

*Mulieri* cuidam erat Gallina ſingulis diebus ouum pariens argenteum. Dixitque Mulier ſecum: Si multiplicauero cibum eius, pariet oua bina. Vt autem cibus eius fuit auctus, rupta eſt ingluuies ejus, et mortua eſt.

*Hoc ſignificat,*

Multos homines quaeſtus multi cauſa perdere caput opum ſuarum.

AD-

## ADNOTATIONES.

1) Haec fabula apud *Lokmannum* eſt XII. in edit. *Erpen.* p. 226. et apud Æſopum XXIIII. in edit. *Heuſing.* p. 24. et de conuenientia eius cum noſtra Lokmanniana idem ferme notandum eſt, quod ad fabulam praeced. monuimus.

2) تَبِيضُ *pariet*, eſt a rad. بَاضَ *ſuperauit albedine*, *excluſit*, *excreuit oua* anis, 3 perſ. ſing. fem. Futuri Coni. 1. coll. §. 47. I, 1. et §. 41. III. obſ. 2. et recte vertitur in participio *pariens* §. 75. III. niſi quis pronomen relatiuum ſupplere et vertere malit: *quae pariebat* §. 178. et §. 164, 2. Interpr. Danz.

3) *Caput opum*, id eſt, quod Arabes vno verbo dicunt بضاعة *id eſt*, ſumma principalis quae foenori exponitur, *hooft-ſomme* noſtratibus. ERPEN.

---

### FABVLA V. 1)

إِنْسَانٌ وَٱلْمَوْتُ ❁

إِنْسَانٌ مَرَّةً حَمَلَ جُرْزَةَ حَطَبٍ فَثَقُلَتْ عَلَيْهِ فَلَمَّا أَعْيَا 2) وَضَجِرَ مِنْ

مِنْ حَمْلِهَا رَمَى بِهَا عَنْ كَتِفِهِ
وَدَعَا عَلَى رُوحِهِ بِٱلْمَوْتِ فَشَخَصَ
لَهُ قَايِلًا هُوذَا أَنَا لِمَاذَا دَعَوْتَنِي فَقَالَ
لَهُ ٱلْإِنْسَانُ دَعَوْتُكَ لِتَرْفَعَ هٰذِهِ
حُزْمَةَ ٱلْحَطَبِ عَلَى كَتِفِي ۞

هٰذَا مَعْنَاهُ ه

أَنَّ ٱلْعَالَمَ بِأَسْرِهِ يُحِبُّ ٱلْحَيَاةَ
ٱلدُّنْيَا وَمَا يَمَلُّ مِنَ ٱلضُّعْفِ وَٱلشَّقَاءِ ❊

---

### *Homo et Mors.*

*Homo* aliquando ferebat fascem lignorum, qui grauabat eum: cumque laſſus factus eſſet, taedioque afficeretur geſtationis eius, abiecit eum ab humero ſuo, vocauitque ad ſe Mortem; quae ſe coram eo ſtitit, dicens: Ecce me: cur me vocaviſti? Reſpondit ei Homo: Vocaui te vt faſcem hunc lignorum ſuperimponeres humero meo.

*Hoc ſignificat,*

Quod vniuerſus mundus vitam diligit mundanam, neque laſſatur infirmitate et miſeria.

## ADNOTATIONES.

1) Fabula haec apud *Lokmannum* est XIV. et apud *Æsopum* XX. in edit. Heusing. p. 19. sq. vbi alia ex MS. VOSSII cum nostra Lokmanniana magis conueniens additur.

2) أَعْبَا *lassus factus est*, descendit a rad. عَبِيَ vel عَيَّ *impeditus fuit*, *haesitauit sub onere*, in Coniug. IV. *lassus* et *defessus fuit in incessu*, tanquam 3. pers. singul. mascul. Praeteriti Conj. IV. pro أَعْبَيَ collat. §. 43. obs. 2. §. 20, 2. *a*. et obs.

---

## FABVLA VI.

A.) إِنْسَانٌ أَسْوَدُ ه

إِنْسَانٌ مَرَّةً رَأَى رَجُلاً أَسْوَدَ وَهُوَ وَاقِفٌ فِي ٱلْمَاءِ يَسْتَحِمُّ 2) فَقَالَ لَهُ يَا أَخِي لَا تُعَكِّرِ ٱلنَّهْرَ فَإِنَّكَ لَا تَسْتَطِيعُ ٱلْبَيَاضَ 3) وَلَا تَقْدِرُ عَلَيْهِ أَبَدَ ٱلدَّهْرِ ۞

هَذَا مَعْنَاهُ ❊

أَنَّ ٱلْمَطْبُوعَ لَا يُغَيِّرُ طَبْعَهُ ❊

B) أَسْوَدُ ❊

أَسْوَدُ فِي يَوْمٍ نَزَعَ ثِيَابَهُ وَأَقْبَلَ يَأْخُذُ 5) ٱلثَّلْجَ وَيَعْرُكُ بِهِ جِسْمَهُ فَقِيلَ لَهُ مَاذَا تَعْرُكُ جِسْمَكَ بِٱلثَّلْجِ فَقَالَ لَعَلِّي أَبْيَضُ فَأَتَى رَجُلٌ حَكِيمٌ قَالَ لَهُ يَا هَذَا 6) لَا تُتْعِبْ 7) نَفْسَكَ فَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ جِسْمُكَ يُسَوِّدُ ٱلثَّلْجَ وَهُوَ لَا يَرْتَدُّ 8) ٱلسَّوَادَ ❊

هَذَا مَعْنَاهُ ❊

أَنَّ ٱلشِّرِّيرَ يَقْدِرُ أَنْ يُفْسِدَ 9) ٱلْخَيْرَ

أَلْخَبَرِ وَأَمَّا لَا يَقْدِرُ أَحَدٌ عَلَى

إِصْلَاحِ (١٥ الشِّرِيرِ *

### A) *Homo Niger.*

*Vidit* quidam aliquando hominem nigrum, qui in aqua ſtabat ſeſe lauans; dixitque ei: O Frater mi! ne turba (inquiha) fluuium: non enim potes albeſcere, nec albitudinem acquirere in aeternum.

*Hoc ſignificat,*

Quod a natura quid habens, non mutat naturam ſuam.

### B) *Niger.*

*Niger* die quodam exuit veſtes ſuas, incepitque accipere niuem, eaque corpus ſuum fricare. Dictum autem ei fuit: Quare fricas corpus tuum niue? Ait ille: Fortaſſis albescam. Venitque vir quidam ſapiens, qui dixit ei: o tu, ne affligè te ipſum: fieri enim poteſt, vt corpus tuum nigram faciat niuem; ipſum autem non amittet nigredinem.

*Hoc ſignificat,*

Quod malus poteſt corrumpere bonum; ſed nemo poteſt emendare malum.

## ADNOTATIONES.

1) Quia vtraque fabula hic adpoſita de *homine nigro* eiusque conatu fruſtraneo agit, de induſtria, fabulas haſce, quarum prior apud *Lokmannum* eſt XVII, et poſterior XXIII, coniunxi, vt cum illis Æſopi fabula LXXV. in

 edit.

edit. Heusing. p. 63, quae ibidem aliis verbis ex *Themistio*, aliisque ex *Aphtonio* refertur; comparari possit.

2) Hoc vocabulum est a rad. حَمَّ *calefecit, feruefecit*, in coni. X. *lauit se, lauit corpus*, 3. perf. singul. mascul. Futuri Coniug. X. collat. §. 45, 1. et futurum recte vertitur in participio §. 75. III.

3) Vocabulum hoc est accusatiuus nominis بَيَاضَ *albedo, candor*, a rad. بَاضَ *superauit albedine, nituit candore*, collat. §. 33. B. I, 3. §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 14. I. Et verba arabica: *non poteris albedinem*, recte vertuntur non poteris albescere §. 79. II. Cumque verbum بَاضَ in Coniug. IX. inprimis significet *albescere, album euadere aut esse;* alii pro vocabulo nostro maluerunt legere اَلْاِبْيِضَاضَ ab اِبْيَضَّ vt sit nomen actionis ex Coni. IX. conf. §. 30. II. א. β. 2. et §. 41. II, 4. β. num. 9.

4) ad verbum, *neque praeualebis ei in aeternitatem seculi* siue *in omnem aeternitatem* §. 18. Interpr. Danz.

5) Vocabulum hoc *accipiet* est 3. pers. sing. masc. Futuri Coni. I. a rad. أَخَذَ *accepit, sumsit, prehendit*. Et vocabulum praecedens *et propere accessit* est 3. person. singul. masc. Praeteriti

Coni. IV.

Coni. IV. a rad. قَبِلَ *aduenit, accessit*, in Coni. IV. item, et quidem propere. Quae duo verba vertuntur *et accessit accipere* seu ad accipiendum §. 79. I. id est, *et celerrime apprehendit* §. 76. III. Interpr. Danz.

6) *O tu*, Ad verbum, *o hic*. Graeci ὦ οὗτος. ERPEN.

7) Vocabulum hoc est a rad. تَعِبَ *lassus et defatigatus fuit, labore et molestia grauatus fuit, labore et molestia grauatus fuit*, IV. transitiue *molestiam creauit, afflixit*, 2 perf. sing. mascul. Futuri in Coni. IV. §. 57. et obs. 1. *a*. Et verba *ne afflige animam tuam* recte vertuntur: ne afflige te ipsum. §. 68.

8) Vocabulum hoc est a rad. رَجَعَ *reduxit, reddidit, remisit*; in Coni. VIII. *rediit, reuersus est, defecit* ab aliqua re. 3. person. singul. masc. Futuri Coni. VIII. §. 45. I. ideoque vertitur *non redibit a nigredine* §. 81. I. siue, non amittet nigredinem.

9) Vocabulum hoc est a rad. فَسَدَ *corruptus fuit*, IV. transitiue *corrupit, perdidit*, 3. perf. sing. masc. Futuri Coni. IV. §. 59. et obs. 1. Et verba *quod malus possit vt corrumpat* recte vertuntur: *quod malus possit corrumpere* §. 79. I.

10) Hoc vocabulum eſt a rad. صَلَحَ *recte habuit*, *conuenit*, *probus fuit*, IV. *correxit*, *emendauit*, nomen verbale actionis, ſiue Infinitiuus Coniug. IV. إِصْلَاحًا §. 30. II. κ. β. 2. in genitiuo §. 33. B. I, 2. §. 35. II, 1. Et verba *ſed non poterit vnus emendationem mali* recte vertuntur: *ſed nemo* (§. 92. Interpr. Danz) *poterit emendare* (§. 79. II.) *malum.*

---

## FABVLA VII. 1)

### حَمَامَةٌ

حَمَامَةٌ مَرَّةً عَطِشَتْ فَأَقْبَلَتْ تَحُومُ

(2 عَلَي حَايِطٍ فِي طَلَبِ (3 الْمَاءِ

فَنَظَرَتْ عَلَي حَايِطٍ صَحْفَةً مَمْلُوَّةً

مَآءٍ فَطَارَتْ بِسُرْعَةٍ (4 وَضَرَبَتْ نَفْسَهَا

إِلَي تِلْكَ الصُّورَةِ فَانْشَقَّتْ حَوْصَلَتُهَا.

فَقَالَتِ الْوَيْلُ لِي أَنَا الشَّقِيَّةُ (5

لِأَنِّي

لِأَنِّي أَسْرَعْتُ فِي طَلَبِ ٱلْمَاءِ

وَأَهْلَكْتُ رُوحِي 6) *

هَذَا مَعْنَاهُ *

أَنَّ ٱلتَّبَدُّدَ وَٱلتَّوَانِي 7) عَلَى

ٱلْأَشْيَاءِ أَخْبَرُ 8) مِنَ ٱلْمُبَادَرَةِ

وَٱلْمُسَارَعَةِ إِلَيْهَا *

## *Columba.*

*Columba* aliquando ſitiens, coepit vagari (circumuolitare) circa parietem, quaerens aquam, viditque in pariete ſcutellam aqua plenam, et volauit celeriter alliſitque ſe ad illam picturam, (formam, rem extantem) ita vt ingluvies eius rumperetur. Dixitque: Vae mihi miſerae, quae feſtinavi in aquae petitione, et me ipſam perdidi.

*Hoc ſignificat,*

Quod tarditas et mora in rebus praeſtat feſtinationi et celeritati.

## ADNOTATIONES.

1) Haec fabula apud *Lokmannum* eſt XXVII. et apud *Æſopum* CXX. in edit. Heuſing. p. 91. vbi de pictura hanc deprehendimus notam:

 Æſopi-

Æsopica tempora nondum in id fastigium euectam viderunt picturam, vt haec ad veritatis exemplum fingere potuerint, si verum est, quod Plinius scribit Lib. XXXV. c. 9. ab Apollodoro, qui olympiade LXXXXIII. floruit, *artis fores apertas*, quas *Zeuxis* deinde *intrauerit.* Hunc quidem vuas pinxisse legimus, ad quas aues etiam depascendas conuolarint. Æqualis illi fuit Parrhasius, qui velum pinxit, quo ipse Zeuxis decipi potuit. Vide Plin. eod. libro c. 10. et c. 11. pr. Fortasse tamen apud Phrygas, quorum antiquissimum inuentum pictae sunt vestes, prius etiam, quam apud Graecos, penicillo gloria quaesita fuit.

2) Vocabulum hoc est a rad. حَامَ *obiuit, circumlatus fuit*, 3. pers. singul. femin. Futuri Coni. I. collat. §. 47. I, 1. et futurum hoc recte vertitur in infinitiuo §. 79. I. conf. ad Fabul. VI. not. 5.

3) Nomen طَلَبٌ *petitio*, *studium*, est a rad. طَلَبَ *petiit*, *quaesiuit.* Vnde ad verbum: *in petitione aquae*, prout circa finem fabulae vertitur. Quando vero verbum substantiuum hoc loco suppletur (§. 177. Interpr. Danz), tunc *in petitione aquae existens* verti potest: *petens* siue *quaerens* aquam (§. 15. l. c.).

4) سُرْعَةٌ *festinatio*, *celeritas*, est nomen a rad. سَرُعَ *celer*, *properus fuit*, et cum praefixo بِ §. 50.

ب §. 50. II, 1. §. 85. §. 33. β. I, 2. *in celeritate* redditur aduerbialiter *celeriter* §. 84.

5) شَقِيَّةً *misera*, est nomen femininum ex masculino شَقِيٌّ, de quo et tota constructione *vae mihi quae sum misera* vide supra ad Fabul. II. not. 4.

6) *Et perdidi spiritum meum* recte vertitur: *et perdidi me ipsam* §. 68.

7) Hoc vocabulum est nomen verbale *actionis* ex Coniug. VI. siue Infinitiuus تَوَانٍ pro تَوَانِيًا §. 20, 2. γ. et β. obs. a rad. وَنَى *torpuit*, *languitque* in re aliqua, *segnis*, *deses fuit*. VI. *tardauit*, *cunctatus fuit*, adeoque *cunctationem*, siue *moram* significat, cum articulo et praefixo ب. §. 38, 2. §. 35. II, 4. (§. 20, 2. β. obs. cum §. 17. caut. 7. Gram. Ebr. Danz.) §. 11. II, 1. β. §. 9. obs. 2. §. 50. II, 3. §. 14. I. Et sic quoque vocabulum praecedens est nomen verbale *actionis* siue Infinitiuus Coniug. V. تَبَدُّدًا *dispersio*, *dilatatio* seu *tarditas*, a rad. بَدَّ *separauit*, *disiunxit*, *dispersit*, V. *dispersus*, *dissipatus est*. Nec pro hac formatione emendatione aut correctione lectionis opus erit, quam instituit celeberr. SCHEIDIVS, prouti ex clar. IAC. SCHEIDII Glossario arabico-latino manual.

nual. p. 10. cognoſci poteſt, vbi ſcribit: *ſed lege* النبان *ex emend. Fratris mei.*

8) أَخْيَرُ *melior*, eſt comparatiuus a poſitiuo خَيْر *bonus* §. 35. I. مُبَادَرَةٌ *feſtinatio*, eſt nomen verbale *actionis* ſiue Infinitiuus Coni. III. a rad. بَدَرَ *feſtinauit, properauit.* Quod etiam notandum de vocabulo ſequenti مُسَارَعَةٌ *celeritas*, a rad. سَرُعَ ſupra not. 4. Haud male igitur propter tyrones morale huius fabulae verti poteſt: *quod tarditas et mora in rebus melior ſit feſtinatione et celeritate in earum aliqua* §. 50. II. et III. Interpr. Danz.

## FABVLA VIII. 1)

### قِطَّه

قِطٌّ مَرَّةً دَخَلَ إِلَى دُكَّانِ حَدَّادٍ فَأَصَابَ ٱلْمِبْرَدَ ٱلتَّرْمِيَّ 2) فَأَقْبَلَ يَلْحَسُهُ 3) بِلِسَانِهِ وَلِسَانُهُ يَسِيلُ مِنْهُ

مِنْهُ ٱلدَّمُ وَهُوَ يَبْلَعُهُ وَيَظُنُّ
أَنَّهُ مِنَ ٱلْمِبْرَدِ إِلَي أَنْ فَنِي لِسَانُهُ
وَمَاتَ *

هٰذَا مَعْنَاهُ *

مَنْ يُنْفِقْ مَالَهُ بِغَيْرِ ٱلْوَاجِبِ ثُمَّ
لَمْ يَحْسِنْ حَتَّي يُفْلِسَ (4 وَهُوَ لَا
يَعْلَمُ وَأَيْضًا ٱلْخَطِيَّةُ حُلْوَةٌ وَصَاحِبُهُ
يَتَلَذَّذُ فِيهَا وَهُوَ لَا يَعْلَمُ أَنَّهَا
نَقْصٌ فِي عُمْرِهِ وَذٰلِكَ مِنْ جُمْلَةِ (5
ٱلْجَهْلِ ٱلْأَكْبَرِ *

## *Felis.*

*Felis* aliquando ingreſſa eſt officinam fabri ferrarii, inuenitque limam proiectam, eamque coepit lingere lingua ſua, ita vt a lingua eius manaret ſanguis, quem ipſa deglutiens putauit a lima eſſe; donec lingua eius deficeret, et ipſa extingueretur.

*Hoc*

*Hoc significat,*

Eum, qui erogat facultates suas sine necessitate, neque sese emendat, donec exhaustus sit, neque id animaduertit. Est autem peccatum hoc dulce, (*Itemque, quod peccatum dulce*) et auctor eius delectatur eo, ignorans ipsum detrahere vitae suae, quae certe stultitia maxima est.

## ADNOTATIONES.

1) Haec fabula apud *Lokmannum* est XXVIII. et apud *Æsopum* LXXXI. in edit. Heusing. p. 66. quorum vterque Fabulam plane eandem refert, nisi quod morale huius fabulae apud Æsopum sit breuius.

2) Hoc vocabulum est a rad. رَمَى *iecit, proiecit*, Participium sing. masc. Coni. I. in passiuo مَرْمِيٌّ pro مَرْمُوِيٌ §. 20, 2. γ. et obs. cum praefixo articulo §. 38, 2. §. 33. B. I, 3. §. 35. II, 4. §. 14. I. Et vocabulum praecedens est nomen مِبْرَد *lima*, a rad. بَرَدَ *frigefecit, limauit* scil. *limâ rasit* ferrum aliudue. Quando igitur HEVSINGERVS l. c. scribit: *Arabs limam candentem, vnde hominis iudicium licet cognoscere;* egregie iudex hic intempestiuus fallitur. Hic significatus enim nomini nostro non tribuitur, sed cognatum nomen بَرْد *frigus* potius denotat.

3) Hoc

3) Hoc vocabulum eſt a rad. لَحَسَ *linxit, lambitque* 3. perſ. ſing. maſcul. Futur. Coni. I. cum ſuffixo 3. perſ. ſing. maſc. quod futurum recte vertitur in Infinitiuo *lingere eam* §. 79. I.

4) يُفْلِسُ *inops erit, exhauſtus erit*, eſt 3 perſ. ſing. maſcul. Futuri Coniug. IV. a rad. فَلَسَ vnde forſitan Germanorum *blos* ſeyn, coll. §. 59. et obſ. 2.

5) Ad verbum: *e ſumma ſtultitiae maximae* (pro ſumma reputandum eſt ſtultitia) ERPEN.

---

## FABVLA IX. 1)

دِيكَانِ ‌‌هـ

دِيكَانِ يُقَاتِلَانِ فِي قَارُورَةٍ 2) فَغَلَبَ الْوَاحِدُ وَٱلْآخَرُ مَضَى مِنْ وَقْتِهِ فِي بَعْضِ ٱلْأَمَاكِنِ فَأَمَّا ٱلدِّيكُ ٱلَّذِي غَلَبَ صَعِدَ فَوْقَ سَطْحٍ عَالٍ وَجَعَلَ يَسْفِقُ 3) بِجَنَاحَيْهِ وَيَصِيحُ وَيَفْتَخِرُ فَنَظَرَهُ

فَنَظَرَهُ بَعْضُ 4) ٱلْجَوَارِحِ فَٱنْقَضَّ

عَلَيْهِ وَٱخْتَطَفَهُ لِوَقْتِهِ *

هٰذَا مَعْنَاهُ *

أَنَّ لَا يَجِبُ ٱلْإِنْسَانَ أَنْ يَفْتَخِرَ

بِقُوَّتِهِ *

## *Duo Galli.*

*Duobus Gallis* in vaſe pugnantibus alter vicit; et alter ilico in locum quendam ſeceſſit: at Gallus, qui vicit, aſcendit ſupra tectum altum, coepitque complodere alas ſuas, et clamare ac gloriari; viditque eum vultur, qui celerrime in eum irruit, eumque ſtatim rapuit.

*Hoc ſignificat,*

Quod non oportet hominem gloriari virtute ſua et roboris vehementia.

## ADNOTATIONES.

1) Haec fabula apud *Lokmannum* eſt XXXV. et in *Æſopo* CXLV. in edit. Heuſing. p. 115. ſq. vbi eadem aliis verbis ex exemplari Stephaniano, aliisque ex Aphtonio additur, cum quarum poſteriore Lokmanniana noſtra maxime convenit.

2) قَارُورَة *tantum* ampullam vitream *aut* oculi pupillam *deſignat, quae hic locum non habent.*

*bent.* *Neque enim* in *vel* sub ampulla *pugnare possint gallinacei duo.* *Itaque reddendum potius foret*, ob ampullam, *stil.* pabulum ea contentum, *vel legendum* قهقور Kahkourin, *quod* longiorem ex lapidibus structuram notat, quam parare pueri solent: *ita vti tradit Camus fortean* sepimento similem, intra quod tale certamen fiebat. GOLIVS in ERPEN.

Qui coniecturis delectatur, aliam adhuc addat lectionem, quam debemus celeberr. SCHEIDIO, de qua in IAC. SCHEIDII Glossario arabico - latino manual. p. 171. hoc legimus: قُرْدُودَةٌ Locus terrae elatior et salebrosus. Locm. Fab. 35. ex emend. Fratr. mei.

3) يُسَقِّعُ *complodet*, est a rad. سقع i. q. سَقَعَ *plausit*, *complosit*, 3. pers. sing. masc. Futuri Coni. I. §. 41. III. obs. 2. quod futurum recte vertitur in Infinitiuo *complodere* §. 79. I. conf. ad Fabul. praec. nota 3. et ad Fab. VI. nota 5.

4) Lectionem huius vocis ab ERPENIO in dubium aliquo modo vocatam defendit *Golius*. Hanc enim ad fabulam nostram inuenimus notam: „Vultur, *hoc certe animal puto significari duabus vocibus* يعبط الجواح, *quanquam de scriptura nonnihil dubito, forte legendum* من بعيد eminus: *vt solum* جواح *sit animalis nomen*.

*nomen.* * *Cum vox* الجوارح *proprie quidem ſignet* vulnificas, *id eſt*, rapaces aues, *vtique* يعبط الجوارح, *quaſi* clamoſus accipiter, (*nam* يـ *initio nonnunquam ſeruit*) *non inconvenienti metonymia* vulturem *denotarit*, *alias vna voce* حداء Hidaon *appellatum: quod vix alias eius generis avis voce magis ſtrepera ſit. Feſto* iugere *vultur*, *aliis* lippire *dicitur: vnde forſan recentioribus Graecis ipſe* λȣπη *vocatur.*

---

## FABVLA X. 1)

### أَلْوَزُّ وَٱلْخُطَّافُ ه

أَلْوَزُّ وَٱلْخُطَّافُ ٱشْتَرَكُوا (2 فِي

ٱلْمَعِيشَةِ فَكَانَ مَرْعَى ٱلْجَمِيعِ (3

فِي مَكَانٍ وَاحِدٍ وَرَأَيَا يَوْمًا تَوَهَّمَ (4

ٱلصَّيَّادِينَ فَأَمَّا ٱلْخُطَّافُ فَلِأَجْلِ

خِفَّتِهِ طَارَ وَسَلِمَ وَأَمَّا ٱلْوَزُّ فَأَدْرَكُوهُ

ٱلصَّيَّادُونَ فَذَبَحُوهُ ۞

هذا

هَـذَا مَـعْـنَـاهُ ۞

مَنْ يُعَاشِرُ مَنْ لَا يُشَاكِلُهُ وَلَيْسَ

هُوَ أَبْنُ (5 جِنْسِهِ ۞

## *Anser* et *Hirundo.*

*Anser* et *Hirundo* societatem inierunt vitae, erantque pascua vtriusque in loco vno. Visis autem aliquando insidiis venatorum, Hirundo propter leuitatem suam auolauit, et euasit: at Anserem ceperunt venatores, et occiderunt.

*Hoc significat,*

Eum, qui amicitiam init cum eo cum quo non conuenit, nec qui eiusdem est generis.

## ADNOTATIONES.

1) Haec fabula apud *Lokmannum* est XXXVII. et in *Aesopo* LX. qui in eo discrepat a Lokmanno, vt aliud morale fabulae addiderit.

2) Vocabulum hoc est a rad. شرك *socius, consors fuit* V. et VIII. *consors et particeps cum alio eiusdem* rei *fuit*, 3 persona plur. masc. Praeteriti Coniug. VIII. collat. §. 14. III, 2. et obs. 1. Et vocabulum sequens مَعِيشَةٌ *victus, vita, locus vitae*, est a rad. عَاشَ *vitam duxit, vitam tolerauit.* Hinc etiam verti potest: *consortes victus eiusdem fuerunt inuicem.*

3) Ad hoc vocabulum notat ERPENIVS: *Vtriusque*, proprie; *uniuersitatis seu omnium: frequenter enim vox etiam de duobus vsurpatur.* Descendit nimirum جَمِيعٌ *collectus, congregatus, uniuersitas*, it. *communio*, a rad. جَمَعَ *collegit, coniunxit.* Et pastus siue pabulum communionis est *pabulum commune* §. 26. Interpr. Danz. Hinc verti etiam potest: *eratque pastus communis in loco vno.*

4) Circa vocabulum hoc clar. SCHEIDIVS in Glossario cit. p. 222. monet: *Locus in mendo videtur cubare.* Quod propter significationem nominis, quae aliqua laborat difficultate, sine dubio asserit; sed emendationem ipsam siue lectionem aliam indicare non placuit. Est vero vocabulum تَوَهُّمًا (pro quo nostrum venit ex §. 35. II, 4. §. 7. II. obs. cum §. 17. caut. 7. Gram. Ebr. Danz.) nomen verbale *actionis* siue Infinitiu. Coni. V. §. 30. II. א, β. 2. a rad. وَهِمَ *opinatus fuit, persuasit sibi*, V. *putauit, existimauit, imaginatus fuit.* Vbi vero perspectu difficilis omnino videbitur notio *insidiarum*, nisi ad alium significatum verbi huius, *male voluit, maleuolus fuit*, confugere velimus. Et pro hac significatione verti nunc possunt verba textus Arabici: *Cumque viderent ambo aliquando insidias venatorum.* Sin autem haec significatio aliquem

adhuc

adhuc offendit, is legat تَقَحَّمَ a rad. قَحَمَ *superuenit inciditque de improuiso*, pro qua significatione nomen illud de *aduentu inopinato* intelligi, et verba textus verti possunt: *Cumque viderent ambo aliquando* (pro *die quodam*, notum est enim nomina in accusatiuo apud Arabes adverbiascere §. 84.) *aduentum inopinatum venatorum.* Sicque haec relatio cum textu Graeco Aesopi egregie conuenit; Τῶν δὲ θηρευτῶν ἐπιφανέντων, οἱ μὲν γέρανοι, κοῦφοι ὄντες, ταχέως ἀπέπτησαν.

5) *Eiusdem generis.* Arabice, *qui non est filius generis eius.* ERPEN.

## FABVLA XI. 1)

غَزَالٌ ❀

أَيِّلٌ (2 يُعْنِي غَزَالٌ مَرَّةً عَطِشَ فَأَتَى
إِلَى عَيْنِ مَاءٍ يَشْرَبُ (3 فَنَظَرَ خَيَالَهُ
فِي ٱلْمَاءِ فَحَزِنَ لِدِقَّةِ قَوَائِمِهِ وَسُرَّ
وَٱبْتَهَجَ بِعِظَمِ قُرُونِهِ (4 وَكِبَرِهَا

وَفِي ٱلْحَالِ خَرَجَ عَلَيْهِ ٱلصَّيَّادُونَ
فَٱنْهَزَمَ مِنْهُمْ فَأَمَّا هُوَ فِي ٱلسَّهْلِ
فَلَمْ يُدْرِكُوهُ فَلَمَّا دَخَلَ فِي ٱلْجَبَلِ
وَعَبَرَ بَيْنَ ٱلشَّجَرِ فَلَحِقُوهُ
ٱلصَّيَّادُونَ وَقَتَلُوهُ فَقَالَ عِنْدَ مَوْتِهِ
ٱلْوَيْلُ لِي أَنَا ٱلْمِسْكِينُ ٱلَّذِي
ٱزْدَرَيْتُ فِيهِ هُوَ خَلَّصَنِي وَٱلَّذِي
رَجَوْتُهُ أَهْلَكَنِي ۞

## *Ceruus.*

*Ceruus* cum aliquando ſitiret, ad aquae venit fontem vt biberet, viditque imaginem ſui in aqua, ac triſtatus eſt ob pedum ſuorum gracilitatem. Gauiſus vero eſt et ſuperbiuit cornuum magnitudine et excellentia. Ac ſtatim egreſſi contra eum ſunt Venatores, a quibus fugit: cum autem in planitie eſſet, non aſſequuti ſunt eum: at cum montem deinde ingreſſus eſſet, et inter arbores tranſiret, ceperunt eum venatores, atque occiderunt. Dixitque moriturus: Vae mihi miſero, quod me ſeruauit, id vilipendi; in eo confiſus ſum quod me perdidit.

## ADNOTATIONES.

1) De Fabula hac et sequenti XII. in Actis acad. elect. Mog. l. c. p. 599. sq. asserni, quod duae apud PHAEDRVM obuiae fabulae cum illis conueniant. Est nimirum fabula nostra apud Lokman. II. et in Phaedro Lib. I. fab. XII.

2) Vocabulum أُيَّل, vel sub forma vsitatiori إِيَّل et أَيِّل, respondet nomini Ebraeo אַיָּל *ceruus*, *hinnulus*. Et quia apud Arabes hoc vocabulum أيل tam vsitatum non est, quam apud Ebraeos, idem per aliud nomen غَزَال apud Arabes vsitatius hoc loco explicatur: *Ajjol*, *quo significatur ceruus, aliquando sitiit.*

3) In futuro hoc يَشْرَبْ *bibit* a rad. شَرِبَ subintelligendum est praefixum لِ kesratum, quod significat *vt*, et frequenter in hac constructione omittitur, nisi futurum ipsum commode per Infinitiuum exprimi queat §. 79. I.

4) قُرُونٌ *cornua* est pluralis nominis singularis قَرْنٌ *cornu*. §. 33. A. VI. N. 6. Et magnitudinem ac magnificentiam cornuum vocauit Phaedrus *cornua ramosa*, quod epitheton etiam Virgilius Ecl. VII. v. 30. adhibet:

*Et ramosa Micon viuacis cornua cerui.*

Sunt autem ramosa cornua *HirschGeweihe die viel Enden haben.* Est locutio metaphorica. Rami sunt cornuum aculei. PLINIVS histor. nat. Lib. VIII. c. 32. Indicia aetatis in illis scil. cornibus gerunt singulis annis adiicientibus *ramos.*

---

## FABVLA XII. 1.)

### ذِيَابٌ (2 ه

ذِيَابٌ أَصَابُوا جُلُودَ بَقَرٍ فِي جَوْرَةِ
مَآءٍ تَسبِرُ (3 وَلَبْس (4 عِنْدَهُمْ أَحَدٌ
فَٱتَّفَقُوا (5 عَلَي أَكْلِهِمْ جَمِيعٌ
وَتَوَّامَرُوا أَنَّهُمْ يَشْرَبُونَ ٱلْمَآءِ كُلَّهُ
حَتَّي يَصِلُوا لِلْجُلُودِ وَيَأْكُلُوهُمْ
فَمِنْ كَثْرَةِ مَا شَرِبُوا ٱنْفَلَقُوا (6 ٠
أَكْلَهُمْ وَمَاتُوا وَلَمْ يَصِلُوا إِلَي
ٱلْجُلُودِ ۞

هَذَا

هَذَا مَعْنَاهُ ۞

مَنْ هُوَ قَلِيلُ ٱلرَّأْيِ يَعْمَلُ مَا لَا يَجِبُ عَمَلُهُ ۞

*Lupi.*

*Lupi* inuenerunt pelles boum in fouea aquae fluentis, nec quisquam iis aderat, et vnanimiter statuerunt eas edere; decreueruntque omnem aquam ebibere, vt attingerent pelles, easque deuorarent. Prae multitudine autem eius quod biberunt (hausti potus), crepuit venter eorum, et mortui sunt, neque peruenerunt ad pelles.

*Hoc significat,*

Eum, qui consilio non valet, facere id quod fieri non oportet.

ADNOTATIONES.

1) Fabula haec in *Lokmanno* est XXXVI. eandemque paulisper mutatam exhibet *Phaedrus* Lib. I. fab. XX.

2) Vocabulum hoc descendit a rad. ذَأَبَ *propulit; abegit, terruit, festinauit in incessu*, cuius singularis ذِيبٌ pro ذِئْبٌ §. 17, 1. conuenit cum Ebr. זְאֵב *lupus* §. 2. II. obs. 2. de plurali ذِيَابٌ pro ذِئَابٌ conf. §. 33. A. VI. א, 5. §. 21. I, γ. ב. §. 12, 2.

 3) Vo-

3) Vocabulum hoc *fluet* est a rad. سَالَ *fluxit* 3. perſ. ſingul. femin, Futur. conj. I. pro تَسِيلُ §. 47. I, 1. §. 41. III. obſ. 2. et per participium recte vertitur §. 75. III.

4) Vocabulum لَيْسَ est particula negandi §. 84. II, 6. quae compoſita eſt ex لَا *non*, et أَيْسَ *exiſtit*, Ebr. לֹא יֵשׁ. Et vocabulum hoc non ſolum cum ſuffixo occurrit لَيْسَكَ *neutiquam tu es*, *praeter te*; ſed inflectitur etiam ac ſi verbum eſſet لَيْسَ *non eſt*, لَسْتَ *non es*, لَسْتُمْ *non eſtis*, لَيْسُوا *non ſunt*. Itaque وَلَيْسَ, cum ſequente أَحَدٌ *vnus* verti poteſt: *et nemo fuit* penes illas. §. 92. Interpr. Danz.

5) Vocabulum hoc *et conſenſerunt* eſt a rad. وَفَقَ *bene ceſſit* ac *praefuit* res, III. et VIII. *aſſenſus fuit*, *concordauit*, *conſenſit*, 3 perſ. plur. maſc. Praeteriti Coniug. VIII. cum praefixo فَ, collat. §. 41. III. obſ. 4. β. §. 50. II, 3. §. 14. III, 2. et obſ. 1. Eſt itaque verſio ad verba: *et conſenſerunt ad comeſtionem earum in uniuerſitate* i. e. omnes.

6) Vo-

6) Vocabulum hoc *et perrupti sunt* est a rad. فلق *fidit*, diffidit, perrupit, 3. perf. plur. masc. praeteriti Conj. VII. collat. §. 14. III, 2. et obs. 1. Quam notionem etiam exprimit Phaedrus:

- - - *sed rupti prius*
*periere, quam quod petierant, contingerent.*

Sicut idem Fab. XXIV. v. 10. de rana ait:

*nouissime indignata, dum vult validius*
*inflare sese, rupta iacuit corpore.*

Et Virgilius Eclog. VIII. v. 71. de angue:

*frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

De vocabulo sequenti monet ERPENIVS: *crepuit venter eorum*, Arabice, *rupti sunt stomachum*, seu *quoad stomachum*: puto enim أكل *stomachum* significare hoc loco. Et GOLIVS ibidem addit: *Verum id ab vsu abhorret: quare vix dubito quin* ا *redundet, legendumque sit* كلهم crepuerunt omnes.

---

## III) SPECIMEN BIBLICVM

EX

## PSALMIS DAVIDIS 1)

أَلْمَزْمُورُ ٱلْأَوَّلُ

طُوبَى لِلرَّجُلِ 2) ٱلَّذِي لَمْ يَتْبَعْ رَأْيَ

رَأْيِ ٱلْمُخَالِفِينَ (3 وَلَمْ يَقِفْ (4 فِي
طَرِيقِ ٱلْخَاطِئِينَ وَلَمْ يُجَالِسْ (٥
مَعَ ٱلْمُسْتَهْزِئِينَ * لَكِنْ فِي
نَامُوسِ ٱلرَّبِّ مَشِيئَتُهُ (6 وَفِي سُنَنِهِ
يَتْلُوا (7 لَيْلًا وَنَهَارًا * فَيَكُونُ
كَمِثْلِ ٱلشَّجَرَةِ ٱلْمَغْرُوسَةِ عَلَى
مَجَارِي (8 ٱلْمِيَاهِ ٱلَّتِي تُعْطِي
ثَمَرَتَهَا فِي حِينِهِ وَوَرَقُهَا لَا تَنْتَثِرُ
وَكُلُّمَا (9 يَعْمَلُ يَتِمُّ * (10 لَيْسَ
كَذَلِكَ ٱلْمُنَافِقُونَ لَيْسَ كَذَلِكَ
بَلْ كَالْهَبَاءِ ٱلَّذِي تُذَرِّيهِ ٱلرِّيحُ (11
عَنْ وَجْهِ ٱلْأَرْضِ * فَلِهَذَا لَا
يَقُومُ (12

يَقُومُ 12) ٱلْمُنَافِقُونَ فِي ٱلْقَضَآءِ وَلَا
ٱلْخُطَاةُ فِي مَجْمَعِ ٱلصِّدِّيقِينَ *
لِأَنَّ ٱلرَّبَّ عَارِفٌ بِطَرِيقِ ٱلْأَبْرَارِ
وَطَرِيقُ ٱلْأَثَمَةِ تَبِيدُ *

## *Psalmus primus.*

Beatitudo *est* viro illi, qui non secutus est consilium peruersorum, nec stetit in via peccatorum, nec sedit cum illudentibus. *vers.* 2 Sed in lege domini voluntas eius *est*, et in regula eius meditatur noctu diuque. *vers.* 3. Erit enim sicut arbor transplantata ad alueos aquae, quae dat fructum suum in tempore suo, cuius folium non decidit, et quicquid facit ad complementum peruenit. *vers.* 4. Non sic impii, non sic *sunt*; sed sicut puluis leuis, quem dispergit ventus de superficie terrae. *vers.* 5. Ideoque non consistet impiorum vllus in iudicio, neque peccatores in coetu iustorum. *vers.* 6. Quoniam dominus nouit viam iustorum, et via improborum peribit.

## ADNOTATIONES.

1) Secutus sum in specimine hoc biblico arabico IO. CHRIST. WICHMANNSHAVSENIVM, qui anno MDCCXXIV. Wittenbergae in 4. 17. plagul. edidit *Gymnasium arabicum*, *in quo tres priores Dauidis Odae cum versione latina*,

*et notis criticoanalyticis in vsum φιλολογούντων exhibentur*, et in edendo illo prae oculis habuit *Psalmorum librum* ex arabico idiomate a VICTORIO SCIALAC *Accurensi* et GABRIELE SIONITA *Edeniensi*, Maronitis, *in Latinum translatum, et in typographia Savariana Romae expressum.* Quocum tamen non solum *Biblia polyglotta Londin.* sed etiam AVGVSTINI IVSTINIANI Episcopi Nebiensis *Octaplum Psalterii* Genuae 1516. in fol. impressum studiose contuli, et quae ab exemplari Romano in his discrepant adnotaui, nouamque addidi versionem latinam.

2) Nomen رَجُلٌ *vir*, et cum articulo أَلرَّجُلُ §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 11. II, 1. β. §. 9. obs. 2. a rad. رَجَلَ *pedem illigauit*, hoc loco in datiuo cum praefixo لِ positum est, collat. §. 50. II, 1. §. 14. I. et Not. 2. §. 33. B. I, 2. Apud *Wichmanshausenium* in textu vitiose ponitur ـجـ pro ـجُـ et Gjesma super لْ.

3) Vocabulum hoc est a rad. خَلَفَ *venit post* vel *pone alium* III. *aduersatus fuit*, *repugnauit*, *contradixit*, *rebellauit*, Participium ex Coniugat. III. plural. numeri, genitiui casus, cum praefixo أَلْ, ex singulari مُخَالِفٌ collat. §. 33. A. I, 1. α. et B. II, 2. §. 38, 2. §. 14. I. Sed pro hoc vocabulo in *Augustini Iustiniani* Octaplo

plo Psalterii extat المنافقين et in Polyglott. Anglic. اَلْمُنَافِقِين *hypocritarum*, ex singulari مُنَافِقٌ a radice نَفَقَ *vendibilis fuit, prodiit e latibulo* III. *subiuit latibulum, hypocritam egit.*

4) Hoc vocabulum *stabit* est a rad. وَقَفَ *stetit, substitit, permansit in eodem loco*, 3. person. sing. masc. Futuri Coni. I. pro يُوْقَفُ §. 46. II, 2. §. 57. et obs. 1. *a.* Quod futurum in praeterito vertitur §. 75. II, 1.

5) Est 3. pers. singul. mascul. Futuri Coni. III. §. 57. et obs. 1. *a.* a rad. خَلَسَ *sedit, consedit, discubuit*, III. *consedit* cum alio, *assedit* ei, vbi construitur cum accusatiuo. Hinc *Aug. Iustinianus* in Octaplo Psalterii, qui etiam ex Coniug. III. legit يخالس, particulam sequentem مَعَ omisit; sed in Polyglott. Anglic. extat futurum coniugationis I. يُخْلَسْ.

6) Sic etiam legit *August. Iustinianus* in Octaplo Psalterii مشيئته, et nomini مُشِيئَة pro مُشِيئَة *voluntas* a rad. شَيِي *voluit*, additum

ditum est suffixum 3. pers. sing. mascul. §. 39. et II, 2. Sed in Polyglott. Anglic. pro vocabulo nostro deprehenditur إِرَادَتُهُ ex nomine إِرَادَةٌ *voluntas* a rad. أَرَادَ pro رَوَدَ *mobilis fuit, petiit, quaesiuit* pabulum, IV. *voluit.*

7) In *Aug. Iustiniani* Octaplo Psalteri sine ا in fine extat يتلو et hoe vocabulum يَتْلُو *meditabitur*, est a rad. تَلَا pro تَلَوَ *meditatus est* 3. pers. singul. masc. Futuri Coni. I. pro يَتْلُوُ §. 19. I, 2. γ. Et ا otiosum additur in fine dictionis tantum post و seruile §. 54, 1. collat. §. 19. II. quod in vocem nostram non quadrat.

8) Nomen hoc in singulari est مَجْرَى pro مَجْرَيٌ §. 20, 2. α. a rad. جَرَى *fluxit, cucurrit, processit*, et significat *locum vbi quid currit* seu *fluit*, ideoque *alueum, canalem*. §. 30. II, κ. β. 3. cuius pluralis deberet esse مَجَارِيُ §. 33. A. VI. 2. pro quo nostrum venit vocabulum مَجَارِي §. 20, 2. α. in quo Gjesma super ي apud *Wichmannshausen* abesse debet.

9) In

9) In *Aug. Iustin.* Octaplo Psalterii et in Polyglott. Anglic. duo vocabula, ex quibus haec vox conflata est, seorsim sunt scripta, h. m. وَكُلُّ مَا *et omne quod.*

10) Vocabulum hoc est a rad. تَمَّ Ebr. תָּמַם *totus, perfectus, absolutus fuit,* IV. *compleuit, absoluit, ad complementum peruenit,* 3. persona singul. masc. Futuri Coni. IV. pro يُتَمِّمُ §. 45, 1. Et versio arabica confirmat sententiam interpretum, qui vltimam huius commatis propositionem ad arborem, non autem ad hominem pium referunt, quamque sententiam accentuum indoles in textu Ebraeo requirit. conf. libellus noster *Einleitung in die hebraeische Abtheilungskunst der heiligen Schrift* p. 219. seqq.

11) Nomen رِيحٌ *ventus* ortum trahit a rad. رَاحَ *vespertino tempore* circa occasum solis *fecit quid, abiit, rediitue, valde oluit,* in pass. *vento perflatus* aut *agitatus fuit,* IV. *respirauit.* Eidemque articulus hoc loco praefigitur §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 11. II, 1. β. §. 14. I. In plurali est رِيَاحٌ §. 33. A. VI. א, 5. quam pluralis formam tam *Augustin. Iustinianus* in Octaplo Psalterii quam Polyglotta Anglic. exhibent, vbi legitur الرياح.

12) Hoc vocabulum, quod significat *stabit, consistet*, est a rad. قَامَ *sedit, constitit*, 3. persona singul. masc. Futuri Coniug. I. pro يَقْوُمُ §. 47. I, 1. Et quoniam pluralis sequitur, *consistet impii*, partitiue vertitur vllus impiorum *consistet*. §. 80. II. Interpr. Danz.

---

## اَلْمَزْمُورُ ٱلثَّانِي

لِمَاذَا ٱرْتَجَّتِ (1 ٱلْأُمَمُ وَهَذَتِ (2
ٱلشُّعُوبُ بِٱلْبَاطِلِ ۞ قَامَتْ مُلُوكُ (3
ٱلْأَرْضِ وَرُؤَسَاؤُهَا (4 وَتَشَاوَرُوا (5
جَمِيعًا عَلَي ٱلرَّبِّ وَعَلَي مَسِيحِهِ ۞
فَلْنَقْطَعْ (6 أَغْلَالَهُمْ وَنُلْقِي (7 عَنَّا
نِيرَهُمْ ۞ ٱلسَّاكِنُ فِي ٱلسَّمَاوَاتِ
يَهْزَءُ بِهِمْ ٱلرَّبُّ يُمَغْنِتُهُمْ ۞ حِينَئِذٍ (8
يُكَلِّمُهُمْ

يُكَلِّمُهُمْ فِي رِجْزِهِ (9 وَبِغَضَبِهِ يُذْهِلُهُمْ *
أَنَا أُقِمْتُ (10 مَلِكًا مِنْهُ عَلَى صَهْيُونَ
جَبَلِ قُدْسِهِ لِأُخَبِّرَ مِيثَاقَ (11
ٱلرَّبِّ * ٱلرَّبُّ قَالَ لِي أَنْتَ ٱبْنِي
وَأَنَا ٱلْيَوْمَ وَلَدْتُكَ * سَلْنِي
فَأُعْطِيَكَ (12 ٱلشُّعُوبَ مِيرَاثَكَ
وَسُلْطَانَكَ عَلَى أَقْطَارِ ٱلْأَرْضِ *
تَرْعَاهُمْ (13 بِقَضِيبٍ مِنْ حَدِيدٍ وَمِثْلَ
آنِيَةِ ٱلْفَخَّارِ تَسْحَقُهُمْ * مِنَ ٱلْآنَ
تَفَهَّمُوا أَيُّهَا ٱلْمُلُوكُ وَتَأَدَّبُوا يَا
جَمِيعَ قُضَاةِ ٱلْأَرْضِ * أُعْبُدُوا ٱلرَّبَّ

بِخَشْيَةٍ وَسَبِّحُوهُ بِرِعْدَةٍ * اِلْزَمُوا
ٱلأَدَبَ لِئَلَّا يُسْخِطَ (14 ٱلرَّبَّ عَلَيْكُمْ
فَتَضِلُّوا عَنْ سُبُلِهِ (15 ٱلْعَادِلَةِ إِذَا
تَوَقَّدَ رِجْزُهُ (16 عَنْ قَلِيلٍ (17 طُوبَاهُمْ (18
ٱلْمُتَوَكِّلُونَ (19 عَلَيْهِ *

## *Pſalmus ſecundus.*

Quare titubant valde populi, et delirant gentes fruſtra? (*v.* 2.) *Quare* inſurgunt reges terrae et proceres eius, et conſilium iniuerunt ſimul contra dominum et contra vnctum eius? (*v.* 3.) *Dicentes* nimirum: diſrumpamus vincula eorum et proiiciamus a nobis iugum ipſorum. (*v.* 4.) Habitans in coelis irridet illos, dominus odio habet illos. (*v.* 5.) Tunc alloquetur eos in indignatione ſua, et in ira ſua derelinquet illos. (*v.* 6.) Ego conſtitutus ſum rex ab illo ſuper Zion montem eius ſanctum, vt annuntiarem foedus domini. (*v.* 7.) Dominus dixit mihi: tu es filius meus, et ego hodie genui te. (*v.* 8.) Poſtula a me, et dabo tibi populos haereditatem tuam, et poteſtatem ſuper angulos terrae. (*v.* 9.) Paſces eos virga ferrea, et ſicut vaſa figuli conteres eos. (*v.* 10.) Nunc intelligite o reges, et erudimini o iudices omnes terrae! (*v.* 11.) Seruite domino cum timore, et laudate eum cum tremore. (*v.* 12.) Apprehendite doctrinam, ne forte iraſcatur dominus vobis, neque aberretis a ſemitis

initis eius iuftis; quum exarferit breui indignatio eius: beati funt confidentes in eo.

## ADNOTATIONES.

1) Vocabulum hoc a *Wichmannshaufenio* ex errore habetur pro 2 perf. fingul. femin. Praet. ac fi effet propr. *conturbata es;* et formatur rectius a rad. رَتَجَ *claufit oftium, gradatim progreffus eft* infans, adeoque *titubauit*, IX. valde *titubauit*, alias *impeditus fuit alicui fermo, non potuit proloqui*, tanquam 3. perf. fingul. femin. Praeteriti Coni. IX. pro ٱرْتَجَجَتْ §. 14. III, 2. et obf. 2. *β*. De conftructione verbi fingularis autem cum nomine fequenti plurali أُمَم ex fingulari أُمَّة *gens, populus, coetus* conf. §. 80. I.

2) Propr. *et delirauit*, 3. perf. fingul. femin. Praeteriti Coniug. I. a rad. هَذَى *delirauit, abfurda locutus eft*, cum praefixo و §. 48. II, 1. *α*. §. 50. II, 3. Vbi iterum Kefre fub affirmatiuo تِ pro Gjefma affumtum eft §. 14. III. obf. 2. *β*. Sed hoc verbum fingulare itidem conftruitur cum nomine plurali شُعُوب ex fing. شَعْب *turba collecta* §. 80. I. De quo nomine notandum eft, quod in *Polyglott. Anglic.* aeque ac apud *Auguftin. Iuftinianum* illud cum nomine praecedente

rectè transpositum sit, h. m. ارتجت السعوب وهذت الامم.

3) Hoc nomen plurale, pro مُلُوكٌ §. 35. II, 1. et 4. ex singulari مَلِكٌ §. 33. A. VI. א, 6. iterum cum verbo singulari constructum est §. 80. I.

4) Nomen plurale رُؤَسَاءُ *principes, proceres*, ex singulari رَئِيسٌ et رَيِّسٌ, a rad. رَأَسَ *caput, princeps fuit*, accedente suffixo 3. perf. singul. masc. Hamsa vltimum mutauit in و, et nunnationem omisit §. 39. II, 1. et 3.

5) Hoc verbum est a rad. شَارَ pro شَوَرَ §. 47. I. *acquisiuit, simul collegit*, III. *consuluit alium* VI. *consilium inter se iniuerunt*, 3. persona plur. mascul. Praeteriti Conj. VI. cum praefixo و. §. 47. II. §. 50. II, 3.

6) Hoc vocabulum formatur a rad. قَطَعَ *secuit, amputauit, disrupit*, tanquam 1. person. plur. Futuri coniug. I. cum duplici praefixo coll. §. 41. III. obs. 2. §. 50. II, 1. §. 57. et obs. 1. a. 50. II, 2. §. 74. obs. Ideoque لِنَقْطَعْ vertitur *disrumpamus* §. 74. praefixum ف autem redditur explanatiue *nimirum*, et verbum *dicendo*

siue

siue *dicentes* suppletur, vide supra p. 337. sicut in versione chaldaica hoc loco participium אָמְרִין *dicentes* deprehenditur.

7) Ita verbum hoc in *Polyglott. Anglic.* et *Augustin. Iustiniani* Octaplo Psalterii legitur, et a rad. لَغِيَ vel لَغَا pro لَغِيَ §. 48. I, 1. *reprehendit*, *obuium habuit*, *incidit* in aliquid, IV. *reiecit*, *proiecit*, deriuatur tanquam 1. pers. plur. commun. Futuri coniug. IV. cum praefixo وَ. §. 48. I, 2. §. 50. II, 3. Sed quando in exempl. Romano teste *Wichmannshausenio* legitur وَلْنُلْقِ, de praefixo لْ conf. §. 50. II, 1. §. 74. obs. et de ي in fine abiecto §. 57. obs. 2.

8) Particula haec est composita ex حِينَ *tempus*, et ex إِذْ quod conuenit cum Ebr. אָז et Chald. אֱדַיִן *tunc*, collat. §. 33. B. I, 3. §. 35. II, 1. it. §. 21. I, 1. β. §. 12, 2.

9) Nomen رُجْز, vnde vocabulum hocce in ablatiuo cum suffixo 3. pers. singul. mascul. descendit, est a rad. رَجَزَ *condidit*, *dixitue carmen in genere satyrico*, de quo carminis genere SAM. CLERICVS in *Tract.* de prosodia Arab. Cap. XII. p. 90. agit. Ideoque non solum *poenam*, *tormentum*, et *febrem*, sed etiam *saty-*

*ram*, *ironiam*, atque *indignationem* ſignificare, et cum Ebr. רֹגֶז *commotio*, *ira*, a rad. רָגַז *commotus eſt*, *iratus eſt*, comparari poteſt. Sed pro hoc vocabulo in *Polyglott. Anglic.* et *Auguſtin. Iuſtiniani* Octaplo Pſalterii ſubſtitutum eſt nomen ſequens بغضبه *in ira ſua*, in cuius locum deinceps ſucceſſit بسخطه *in indignatione ſua*, a rad. سخط *indignatus fuit*, *ſuccenſuit*, h. m. يكلمهم بغضبه وبسخطه يدهلهم.

10.) Ita vocabulum hoc apud *Wichmannshauſenium* ex Exempl. Romano vitioſe legitur pro أُقِمْتُ *conſtitutus ſum*, quod eſt a rad. قَامَ pro قَوَمَ §. 47. I, 1. *ſtetit*, *conſtitit*, *ſurrexit*, 1. perſ. ſing. commun. Praeteriti Coni. IV. in paſſ. pro أُقْوِمْتُ §. 47. I, 2. Sed *Auguſtin. Iuſtinianus* in Octaplo Pſalterii, et qui eum ſequitur *Brian. Waltonus* in Bibl. Polyglott. Londin. aliam plane diuerſam lectionem habent أَنَا أَقَامَنِي ٱلرَّبُّ مَلِكًا *ad me quod attinet*, *conſtituit me dominus regem*, vbi أَقَامَنِي

eſt

est a rad. mox nominata 3. person. singul. masc. Praeteriti Coni. IV. cum suffixo 1. pers. sing. commun. collat. §. 47. I, 1. §. 39. IV.

11) Nomen ميثاق *testamentum*, *foedus*, *pactum*, descendit a rad. وثق *confisus*, *fretus fuit*, III. *foedus pactumue iniuit*, *stipulatus fuit*, quod cum Graecò διαθήκη conferri potest. Sed loco nostri nominis in *Polyglott. Angliç.* et *August. Iustiniano* legitur أمر *mandatum*, *edictum*.

12) Hoc vocabulum est a rad. عطا *manu accepit*, *prehendit* rem, IV. *largitus fuit*, *dedit*, *donauit*, 1. pers. sing. commun. Futuri Coni. IV. أعطي §. 48. I, 2. cum suffixo 2. pers. sing. masc. et praef. ف §. 39. §. 50. II, 3. §. 59. et obs. 4.

13) Verbum hocce est a rad. رعي *pauit*, 2. pers. singul. masc. Futuri Coni. I. ترعي §. 48. I. 2. et obs. 2. cum suffixo 2. pers. sing. masc. §. 39. et I, 4.

14) Hoc vocabulum est a rad. سخط *indignatus fuit*, *succensuit*, 3. pers. singul. mascul. Futuri Coni. I. collat. §. 41. III. obs. 2. §. 59. et obs. 1. idemque etiam legitur in *August. Iusti-*

*niani* Octaplo Psalterii; sed in *Polyglott. Anglic.* pro illo adhibetur يَعْضَبُ a rad. عَضَبَ *proscidit* lingua sua, *probrosis dictis incessiuit, percussit.*

15) Nomen plurale سُبُلُ *semitae*, ablatiui casus, cum suffix. 3. pers. sing. masc. §. 33. B. I, 2. §. 39. §. 35. II, 2. §. 39. I, 1. ex singulari سَبِيلٌ *via*, §. 33. A. VI. א, 2. a rad. سَبَلَ *dimisit* rem, *dicauit in communem vsum religionis ergo.* Quam formam singularis numeri sine suffixo habent *Polyglott. Anglic.* et *Augustin. Iustinian.* in ablatiuo سَبِيلِ. Et sic quoque loco nominis sequentis العادلة in *Polyglott. Anglic.* et *Augustin. Iustiniano* legitur اَلْعَدْلِ quod efficit genitiuum nominis عَدْلٌ *iustitia, aequitas*, item *iustus, aequus*, cum articulo.

16) Ita etiam legit *August. Iustinianus* in Octaplo Psalterii, et de nominis رِجْزٌ significatu conferri potest adnot. 9. p. 391. Sed in *Polyglott. Anglic.* loco huius vocabuli iterum comparet غُضُبُهُ.

17) Nomen قَلِيلٌ, quod idem est ac قَلَالٌ, قُلَالٌ *paucus*, *breuis*, cum praepositione

tione praecedente عَنْ *a, ex*, efficit adverbium *statim, subito, breui* §. 84. collat. §. 85. §. 33. B. I, 2. Pro quo *Polyglott. Anglic.* et *Aug. Iustinianus* adhibent سَرِيعًا *cito.*

18) Est nomen طُوبَى *beatitudo* Psalm. I, 1. a rad. طَابَ *bonus, suauis fuit*, (quod alias etiam femininum superlatiui أَطْيَبُ *optimus* efficit §. 32, 3.) cum suffixo 3. pers. plur. masc. §. 39. et I, 4. Quod suffixum autem in *Polyglott. Anglic.* aeque ac apud *Augustin. Iustinianum* deficit, hicque addit vocem لِجَمِيعِ h. m. طوبي لجميع للمتوكلين عليه *beatitudo est omnibus confidentibus in eo*, f. *beati sunt omnes confidentes ei.*

19) Est a rad. وَكَلَ *commisit, commendauit* rem suam alteri, V. *confisus fuit* alteri, eo *nixus fuit*, participium plural. Coniug. V. cum articulo, ex singulari مُتَوَكِّلٌ, §. 33. A. I, 1. *a.* §. 38, 2. Atque sic ordinarie legendum est طُوبَاهُمْ أَلْمُتَوَكِّلُونَ, vel, dum

Wessa

Wesla articulare admittitur, طُوبَاهُمْ ٱلْمُتَوَكِّلُونَ. Sed in *Aug. Iustiniani* Octaplo, vbi vocabulo nostro, sicut in *Bibl. Polyglot. Londinensibus*, praefixum est لِ, legendum est لِلْمُتَوَكِّلِينَ collat. §. 50. II, 1. et obs. §. 33. B. II, 2. §. 14. I. et III. obs. 1. et not. 2.

---

## أَلْمَزْمُورُ ٱلثَّالِثُ

يَا رَبِّ لِمَاذَا كَثُرَ (1 ٱلَّذِينَ
يُحْزِنُونَنِي كَثِيرُونَ قَامُوا عَلَيَّ *
كَثِيرُونَ يَقُولُونَ لِنَفْسِي لَيْسَ لَكِ (3
خَلَاصٌ بِإِلٰهِكِ * 4) وَأَنْتَ يَا رَبِّ
نَاصِرِي وَمَجْدِي وَرَافِعُ رَأْسِي *
بِصَوْتِي دَعَوْتُ ٱلرَّبَّ فَٱسْتَجَابَ (2 لِي
مِنْ

مِنْ جَبَلِ قُدْسِهِ * أَنَا ٱنْضَجَعْتُ (6
وَنِمْتُ وَٱسْتَيْقَظْتُ لِأَنَّ ٱلرَّبَّ نَاصِرِي *
لَا أَخَافُ مِنْ رِبْوَاتِ ٱلْأُمَمِ (7
ٱلْمُحِيطِينَ بِي ٱلْقَايِمِينَ عَلَيَّ قُمْ
يَا رَبِّي وَإِلَهِي وَخَلِّصْنِي * لِأَنَّكَ
قَدْ خَذَلْتَ كُلَّ مَنْ يُعَادِينِي بَاطِلًا
وَأَسْنَانَ ٱلْخُطَاةِ سَحَقْتَ * لَكَ (8
يَا رَبِّ ٱلْخَلَاصُ وَعَلَى شَعْبِكَ (9
بَرَكَتُكَ *

## *Psalmus tertius.*

O domine! quantopere multiplicantur qui irritant me? multi insurgunt contra me. (*v.* 2.) Multi dicunt animae meae: non est tibi salus apud deum tuum. (*v.* 3.) Et tu es o domine! adiutor meus, et gloria mea et exaltans caput meum. (*v.* 4.) Voce mea inuocaui dominum, et responsum dedit mihi de monte sancto suo. (*v.* 5.) Ego decubui et obdormiui, et euigilaui, quia dominus adiutor

adiutor meus est. (*v.* 6) Non timebo myriades populorum circumdantium me, insurgentium contra me. Surge o domine et Deus meus, et salua me. (*v.* 7.) Vt tu perdas omnes qui infesti sunt mihi frustra, et dentes improborum confringas. (v. 8.) Tibi o domine! *est* salus, et super populum tuum benedictio tua.

## ADNOTATIONES.

1) Est ipsa radix *multus est*, *multiplicatus est*; et cum fatha كَثَّرَ *multitudine superauit*, ideoque vocabulum hocce male a *Wichmannshausenio* pro Praeterito passiu. habetur. De constructione verbi singularis autem cum pronomine plurali conf. §. 80.

2) Est 3. pers. plural. masc. Futuri Coni. IV. cum suffixo 1. pers. sing. a rad. حَرَبَ *spoliauit*, *opibus exuit* alium, II. et IV. *ira accendit*, *irritauit*; et conferri potest cum Ebr. חָרַף *conuiciatus est*, *exprobrauit*, *insultauit*.

3) Voculam hancce, quae conflata est ex suffixo 2. pers. sing. femin. §. 39. et praefixo لِ §. 50. II, 2. habet etiam AVGVSTIN. IVSTINIANVS in *Octaplo Psalterii*, sed in *Polyglott. Anglican.* legitur لَهُ *ipsi*.

4) Pro suffixo 2dae pers. in hoc vocabulo tam in *Augustin. Iustiniani* Octaplo, quam in Polyglott. Anglic. deprehenditur suffixum 3. personae ـهُ.

5) Est tertia pers. sing. masc. Praeteriti Coni. X. cum praefixo فَ, a rad. جَابَ *secuit, lacerauit*, IV. et X. *responsum dedit, annuit, acceptam habuit, exaudiuitque* precationem, collat. §. 47. I. §. 50. II, 3. §. 14. III, 2. et obs. 1.

6) Vocabulum hoc descendit a rad. ضَجَعَ *recubuit* in terra vel lecto, *decubuit*, tanquam 1. pers. sing. commun. Praeteriti Coni. VII. pro اِنْضَجَعْتُ collat. §. 14. III, 2. et obs. 1. item obs. 2. *a*. Sed secundum AVGVSTIN. IVSTINIANVM in *Octaplo Psalterii*, vbi pronomen praecedens أَنَا omissum est, et in *Polyglott. Anglic.* legitur اِضْطَجَعْتُ, quod ex eadem radice deducitur tanquam 1. pers. sing. commun. Praeteriti Coni. VIII. pro اِضْتَجَعْتُ §. 41. III. obs. 4. et §. 14. III, 2.

7) Pro hoc vocabulo الأُمَم in AVGVST. IVSTINIANI Octaplo Psalterii compareret الشعوب vid. Psalm. 2, 1. et adnot. 2. p. 389. et ibidem in fine huius versus nomen الهي transponitur et sine praefixo legitur h. m. قُم يا رب وخلصني يا الهي. Sed in *Polyglott. Anglic.* huius vocabuli الهي nulla plane fit mentio.

8) Est

8) Est nomen plurale أَسْنَانْ *dentes*, in accusatiuo; cum praefixo و, a singulari سِنّ Ebr. שֵׁן, collat. §. 33. A. VI. א, 13. et B. I, 3. §. 50. II, 3. §. 35. II, 4. Sed in *Polyglott. Anglic.* et *Octaplo* AVGVST. IVSTINIANI praefixum hoc non deprehenditur.

9) Suffixum 2. perſ. in vltimis hiſce commatis vltimi vocabulis obuium etiam in AVGVSTIN. IVSTINIANI Octaplo Pſalterii deprehenditur; ſed in *Polyglott. Anglic.* loco iſtius ſuffixum 3. perſ. in vtraque voce exhibetur.

## IV) SPECIMEN POETICVM

EXHIBENS

## A) CARMEN THOGRAI. a)

قَصِيدَةُ أَبِي b) إِسْمَعِيلَ الطُّغْرَائِيِّ

المَعْرُوفَةُ c) بِالَّامِيَّةِ d) العَجَمِ *

1 أَصَالَةُ الرَّأْيِ صَانَتْنِي عَنِ الخَطَلِ

*Carmen Abu-Iſmaelis Tograi, cui titulus Lamiato'l-Ajam.*

1. Generoſitas animi cuſtodiuit me à futilitate.

Et

وَحِلْيَةُ ٱلْفَضْلِ زَانَتْنِي لَدَي e) ٱلْعَطَلِ ۞

2 مَجْدِي أَخِيرًا وَمَجْدِي أَوَّلاً شَرَعٌ

وَٱلشَّمْسُ رَأْدَ ٱلضُّحَى كَٱلشَّمْسِ فِي ٱلطَّفَلِ ۞

3 فِيمَ ٱلْإِقَامَةُ f) بِٱلزَّوْرَآءِ لَا سَكَنِي

بِهَا وَلَا نَاقَتِي فِيهَا وَلَا جَمَلِي g) ۞

4 نَآءٍ عَنِ ٱلْأَهْلِ h) صِفْرُ ٱلْكَفِّ مُنْفَرِدٌ

كَٱلسَّيْفِ عُرِّيَ i) مَتْنَاهُ مِنَ ٱلْخِلَلِ ۞

Et ornamentum praestantiae ornauit me, cum abessent *alia* ornamenta.

2. Gloria mea in fine, et gloria mea in principio aequalis est.

Et Sol prope meridiem est instar Solis ad occasum vergentis.

3. Cur maneam Zaurae [*Bagdadi,*] (non est habitaculum meum

In ea, neque camela mea, nec camelus meus.)

4. Remotus à meis, inops, solitarius;

Instar gladii cuius latera nudata sunt tegumentis?

5 فَلَا صَدِيقَ إِلَيْهِ مُشْتَكَى حَزَنِي

وَلَا أَنِيسَ إِلَيْهِ مُنْتَهَى جَذَلِي ۞

6 طَالَ ٱغْتِرَابِي حَتَّى حَنَّ رَاحِلَتِي

وَرَحْلُهَا وَقَرَى ٱلْعَسَّالَةِ ٱلذُّبُلِ ۞

7 وَضَجَّ مِنْ لَغَبٍ نِضْوِي وَعَجَّ لِمَا

أَلْقَى k) رِكَابِي وَلَجَّ l) ٱلرَّكْبُ فِي عَذَلِي ۞

8 أُرِيدُ بَسْطَةَ كَفٍّ m) أَسْتَعِينُ n) بِهَا

5. Nec *est ibi mihi* amicus ad quem deferatur querela doloris mei:
Neque sodalis, ad quem pertingat gaudium meum.

6. Prolongata est peregrinatio mea, donec ingemiscat camela mea,
Et sella eius, et cuspides hastarum tremularum, tenuium:

7. Et vociferetur prae lassitudine camelus meus macilentus, et exclamet ob illud quod
Patior iumentum meum, et multum reprehendant me comites.

8. Cupiui diuitias, quarum ope possem

Persol-

عَلَى قَضَاءِ حُقُوقٍ لِلْعُلَى قَبْلِي ۞

وَٱلدَّهْرُ يُعْكِسُ آمَالِي وَيُقْنِعُنِي

مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ بَعْدَ ٱلْكَدِّ بِٱلْقَفَلِ ۞

10 وَذِي شَطَاطٍ كَصَدْرِ ٱلرُّمْحِ مُعْتَقِلٍ

بِمِثْلِهِ غَيْرِ هَيَّابٍ وَلَا وَكِلِ ۞

11 حُلْوِ ٱلْفُكَاهَةِ مُرِّ ٱلْجِدِّ قَدْ مُزِجَتْ

بِشِدَّةِ ٱلْبَأْسِ مِنْهُ رِقَّةُ ٱلْغَزَلِ ۞

12 طَرَدْتُ سَرْحَ ٱلْكَرَى عَنْ وِرْدِ مُقْلَتِهِ

Perſoluere debita celſitudini *quae* apud me *ſunt*:

9. At Tempus inuertit ſpes meas et fecit vt contentus ſim,
Loco praedae poſt laborem, reditu.

10. Fortè *aderat quiſpiam* ſtaturâ procerus ad inſtar haſtae, inter crus et ſtapedem gerens
Sibi ſimilem, haud timidus neque imbellis,

11. Dulcis joco, ſeuerus in ſeriis, mixtâ
Cum aſperitate fortitudinis ipſius mollitie luſus.

12. Arcui gregem ſomni ab acceſſu ad oculum eius,

وَٱللَّيْلُ أَغْرَى سَوَامَ ٱلنَّوْمِ بِٱلْمُقَلِ ❁

13 وَٱلرَّكْبُ مِيلٌ عَلَى ٱلْأَكْوَارِ مِنْ طَرَبٍ

صَاحٍ وَآخَرُ مِنْ خَمْرِ ٱلْكَرَى ثَمِلِ ❁

14 فَقُلْتُ أَدْعُوكَ لِلْجُلَّى لِتَنْصُرَنِي

وَأَنْتَ تَخْذُلُنِي فِي ٱلْحَادِثِ ٱلْجَلَلِ ❁

15 تَنَامُ عَنِّي وَعَيْنُ ٱلنَّجْمِ سَاهِرَةٌ

وَتَسْتَحِيلُ وَصِبْغُ ٱللَّيْلِ لَمْ يَحُلِ (p ❁

16 فَهَلْ تُعِينُ عَلَى غَيٍّ هَمَمْتُ بِهِ

Cùm nox immitteret greges ſomni in oculos.

13. Comites autem inclinabant ſe in ſellis, *alius* ex commoto

Sobrius factus, alius vero prae vino ſomnolentiae *adhuc* ebrius.

14. Tum *ei* dixi, Num voco te ad rem magnam, vt me adiuues,

Tu *tamen* me deſtituis in caſu difficili?

15. Dormis mè neglecto, cùm oculus ſtellae vigilet:

Et *tu* mutaris, colore noctis non mutato?

16. Numquid iuuabis contra errorem in quo Iubens ſum?

Error

وَٱلغَيُّ يَزجُرُ أَحيانًا عَنِ ٱلفَشَلِ ❁

١٧ إِنّي أُرِيدُ طُرُوقَ ٱلحَيِّ مِن إِضَمٍ

وَقَد حَمَاهُ رُمَاةُ ٱلحَيِّ مِن ثُعَلِ ❁

١٨ يَحمُونَ بِٱلبِيضِ وَٱلسُّمرِ ٱللِّدانِ بِهِ

سُودَ ٱلغَدائِرِ حُمرَ ٱلحَلْيِ وَٱلحُلَلِ ❁

١٩ فَسِر بِنا فِي ذِمامِ ٱللَّيلِ مُعتَسِفًا

وَنَفحَةُ ٱلطِّيبِ تَهدِينا إِلَى ٱلحِلَلِ ❁

Error enim cohibet aliquando à metu.

17. Ego ſiquidem cupio noctu accedere ad coetum circa Edamum *montem degentium*:
Atqui prohibent ab acceſſu ad eum ſagittarii familiae Thoalitarum.

18. Tuentur gladiis et haſtis lentis *illas quae ſunt* in eo
Nigras cincinnis, rubras ornamentis et ſtolis.

19. Eas ergo nobiſcum ſub praeſidio noctis temere oberrans:
Fragrantia enim odoramentorum diriget nos ad tentoria.



20. Atqui

20 فَٱلْحِبُّ حَيْثُ ٱلْعِدَى وَٱلْأُسْدُ r) رَابِضَةٌ

حَوْلَ ٱلْكِنَاسِ لَهَا غَابٌ مِنَ ٱلْأَسَلِ *

21 نَؤُمُّ نَاشِئَةً بِٱلْجِزْعِ قَدْ سُقِيَتْ

نِصَالُهَا بِمِيَاهِ ٱلْغُنْجِ وَٱلْكَحَلِ ✿

22 قَدْ زَادَ طِيبَ أَحَادِيثِ ٱلْكِرَامِ بِهَا

مَا بِٱلْكَرَائِمِ مِنْ جُبْنٍ وَمِنْ بُخْلِ s) *

23 تَبِيتُ نَارُ ٱلْهَوَى مِنْهُنَّ فِي كَبِدٍ

20. Atqui amica *mea eſt* vbi *ſunt* inimici et Leones cubantes,
Circum latibula capreolarum, quibus eſt ſylua ex haſtis.

21. Petimus educatam in receſſu vallis, cuius irrigatae ſunt
Cuſpides aquis ioci et nigredinis ciliorum.

22. Vtique auxit ſuauitatem ſermonum *virorum* generoſorum in ea
Quod eſt in generoſis *foeminis* metus et parſimoniae.

23. Pernoctat ignis amoris ab his *accenſus* in jecore

Siti-

حَرَّي وَنَارُ ٱلْقِرَى مِنْهُمْ عَلَي ٱلْقُلَلِ (x *

24 يَقْتُلْنَ أَنْضَاءَ (v حُبٍّ لَا حَرَاكَ بِهِمْ

وَيَنْحَرُونَ (w كِرَامَ ٱلْخَيْلِ وَٱلْإِبِلِ ٭

25 يُشْفَي لَدِيغُ ٱلْعَوَالِي فِي بُيُوتِهِمْ

بِنَهْلَةٍ مِنْ غَدِيرِ ٱلْخَمْرِ وَٱلْعَسَلِ ٭

26 لَعَلَّ إِلْمَامَةً بِٱلْجِزْعِ ثَانِيَةً

يَدِبُّ مِنْهَا نَسِيمُ ٱلْبُرْءِ فِي عِلَلِي ٭

27 لَا أَكْرَهُ (y ٱلطَّعْنَةَ ٱلنَّجْلَاءَ قَدْ شُفِعَتْ

Sitibundo, at ignis hoſpitalitatis ab illis in collibus.

24. Occidunt hae emaciatos amore, quibus non ineſt motus;
Et iugulant illi generoſos equos et camelos.

25. Sanatur ictus haſtis in domibus eorum
Hauſtu vno e ſtagno vini et mellis.

26. Fortaſſis ſi diuerſer in receſſu vallis ſecundo,
Subrepet (*proueniet*) ex eo aura ſanitatis morbis meis.

27. Non renuo vulnus amplum quod duplicatur

بِرَشْقَةٍ مِنْ نِبَالِ ٱلْأَعْيُنِ ٱلنُّجُلِ *

28 وَلَا أَهَابُ ٱلصِّفَاحَ ٱلْبِيضَ تُسْعِدُنِي

بِٱللَّمْحِ مِنْ خَلَلِ ٱلْأَسْتَارِ وَٱلْكِلَلِ ۞

29 وَلَا أُخِلُّ بِغِزْلَانٍ (z أُغَازِلُهَا

وَلَوْ دَهَتْنِي أُسُودُ ٱلْغِيلِ بِٱلْغِيَلِ ۞

30 حُبُّ ٱلسَّلَامَةِ يَثْنِي عَزْمَ صَاحِبِهِ

عَنِ ٱلْمَعَالِي وَيُغْرِي ٱلْمَرْءَ بِٱلْكَسَلِ ۞

31 فَإِنْ جَنَحْتَ إِلَيْهَا فَٱتَّخِذْ نَفَقًا

Iaculatione à ſagittis oculorum amplorum.

28. Neque timeo gladios latos coruſcantes, qui me beatum reddant,
Leui intuitu è rima velorum et conopaeorum.

29. Neque deſeram capreolas quibuſcum confabuler,
Etiamſi adorti me fuerint Leones ſylvae inſidiis.

30. Amor incolumitatis auertit intentionem habentis eum
Ab excelſis, et aſſuefacit virum deſidiae.

31. Quòd ſi ad eam inclinaueris, pares tibi ſpecum

In

فِي ٱلْأَرْضِ أَوْ سُلَّمًا فِي ٱلْجَوِّ فَٱعْتَزِلِ *

32 وَدَعْ غِمَارَ ٱلْعُلَى لِلْمُقْدِمِينَ عَلَى

رُكُوبِهَا وَٱقْتَنِعْ مِنْهُنَّ بِٱلْبَلَلِ *

33 رِضَا ٱلذَّلِيلِ بِخَفْضِ ٱلْعَيْشِ مَسْكَنَةٌ

وَٱلْعِزُّ عِنْدَ رَسِيمِ ٱلْأَيْنُقِ ٱلذُّلُلِ *

34 فَٱدْرَأْ بِهَا فِي نُحُورِ ٱلْبِيدِ جَافِلَةً

مُعَارِضَاتٍ مَثَانِي ٱللُّجْمِ بِٱلْجُدُلِ *

In terra, aut fcalam in aere, et fubduc te *ab hominum confortio:*

32. Et mitte ardua celfitudinis illis qui audent Ea aggredi, tu autem contentus fis eorum vice leui aliqua afperfione.

33. Complacentia abiecti in humili vitae ftatu paupertas *eft:*
At gloria *eft* in greffu citato camelorum obfequacium.

34. Coniice te ergo eum illis in intima defertorum, dum properant
Aequantes habenas fraenorum *quae equis funt* capiftris *fuis.*

 35. Siqui-

35 إِنَّ ٱلْعُلَى حَدَّثَتْنِي وَهْيَ صَادِقَةٌ

فِيمَا تُحَدِّثُ أَنَّ ٱلْعِزَّ فِي ٱلنُّقَلِ ✿

36 لَوْ أَنَّ فِي شَرَفِ ٱلْمَأْوَى بُلُوغَ مُنًى

لَمْ تَبْرَحِ ٱلشَّمْسُ يَوْمًا دَارَةَ ٱلْحَمَلِ *

37 أَهَبْتُ بِٱلْحَظِّ لَوْ نَادَيْتُ مُسْتَمِعًا

وَٱلْحَظُّ عَنِّيَ بِٱلْجُهَّالِ فِي شُغُلِ *

38 لَعَلَّ إِنْ قَدْ بَدَا فَضْلِي وَنَقْصُهُمُ

35. Siquidem Celſitudo narrauit mihi, eſtque ea verax

In illo quod narrat, gloriam eſſe in tranſmigrationibus.

36. Quodſi in celſitudine manſionis *eſſet* conſecutio votorum,

Non deſereret Sol vnquam manſionem Arietis.

37. Inclamaui Fortunam; (ſi vocaſſem qui aurem aduertere vellet--)

At fortuna à me *auerſa* circa fatuos *erat* occupata.

38. Forſan ſi perſpecta eſſet praeſtantia mea et vilitas eorum

Ocu-

لِعَيْنِهِ نَامَ عَنْهُمْ أَوْ تَنَبَّهَ لِي*

39 أُعَلِّلُ ٱلنَّفْسَ بِٱلْآمَالِ أَرْقُبُهَا

مَا أَضْيَقَ ٱلْعَيْشَ لَوْلَا فُسْحَةُ ٱلْأَمَلِ*

40 لَمْ أَرْتَضِ ٱلْعَيْشَ وَٱلْأَيَّامُ مُقْبِلَةٌ

فَكَيْفَ أَرْضَي وَقَدْ وَلَّتْ عَلَي ٱلْعَجَلِ*

41 غَالَي بِنَفْسِيَ عِرْفَانِي بِقِيمَتِهَا

فَصُنْتُهَا عَنْ رَخِيصِ ٱلْقَدْرِ مُبْتَذَلِ*

42 وَعَادَةُ ٱلنَّصْلِ أَنْ يُزْهَي بِجَوْهَرِهِ

Oculo eius, obdormiret illis aut euigilaret mihi.

39. Mulceo animam meam ſpe quam expecto:
Quam anguſta *foret* vita, niſi *eſſet* latitudo ſpei!

40. Non placuit mihi vita, cum dies accederent, *ſecundi eſſent*:
Quomodo, ergo placeat, cùm recedant feſtinanter?

41. Magno aeſtimat animam meam cognitio mea valoris eius;
Cuſtodiui ergo eam ab eo qui vilis pretii eſt, ſui negligens.

42. Mos quidem gladii eſt vt fulgeat nitore ſuo;

At

وَلَيْسَ يَعْمَلُ إِلاَّ فِي يَدَيْ بَطَلِ *

43 مَا كُنْتُ أُوثِرُ أَنْ يَمْتَدَّ بِي زَمَنِي

حَتَّي أَرَي دَوْلَةَ ٱلْأَوْغَادِ وَٱلسِّفَلِ *

44 تَقَدَّمَتْنِي أُنَاسٌ كَانَ شَوْطُهُمُ

وَرَآءَ خَطْوِيَ إِذْ أَمْشِي عَلَي مَهَلِ *

45 هٰذَا جَزَآءُ ٱمْرِئٍ أَقْرَانُهُ دَرَجُوا

مِنْ قَبْلِهِ فَتَمَنَّي فُسْحَةَ ٱلْأَجَلِ *

46 وَإِنْ عَلَانِيَ مَنْ دُونِي فَلَا عَجَبٌ

At non praeſtat quicquam niſi in manibus fortis.

43. Non optaſſem vt protraheretur mihi tempus meum,
Donec viderem imperium vilium et infimorum.

44. Anteiuerunt me homines quorum curſus erat
Poſt greſſum meum cum incederem lento paſſu.

45. Haec eſt remuneratio viri, cuius ſocii mortui ſunt
Ante eum, cum optauerit *ille* amplius vitae ſpatium.

46. Quod ſi me ſuperet qui infra me *eſt*, non eſt mirum;

Mihi

لِي أُسْوَةٌ بِانْحِطَاطِ ٱلشَّمْسِ عَنْ زُحَلِ *

47 فَٱصْبِرْ لَهَا غَيْرَ مُحْتَالٍ وَلَا ضَجِرٍ

فِي حَادِثِ ٱلدَّهْرِ مَا يُغْنِي عَنِ ٱلْحِيَلِ *

48 أَعْدَي عَدُوِّكَ أَدْنَي مَنْ وَثِقْتَ بِهِ

فَحَاذِرِ ٱلنَّاسَ وَٱصْحَبْهُمْ عَلَي دَخَلٍ *

49 وَإِنَّمَا رَجُلُ ٱلدُّنْيَا وَوَاحِدُهَا

مَنْ لَا يُعَوِّلُ فِي ٱلدُّنْيَا عَلَي رَجُلِ *

Mihi exemplum eſt in eo quod inferior ſit Sol Saturno.

47. Suſtine ergo ea nullis vtens artibus, neque impatienter te gerens:

In accidentibus temporis *eſt* quod efficiet quo minus indigeas commentis.

48. Infeſtiſſimus inimicorum tuorum proximus *eſt*, cui confiſus es:

Caue ergo ab hominibus, et verſare cum illis aſtutè.

49. Siquidem Vir mundi et Vnicus eius *eſt*,

Qui non confidit in mundo cuiquam.

50. Bo-

٥٠ وَحُسْنُ ظَنِّكَ بِالأَيَّامِ مَعْجَزَةٌ
فَظُنَّ شَرًّا وَكُنْ مِنْهَا عَلَى وَجَلِ *

51 فَاضَ ٱلْوَفَاءُ وَفَاضَ ٱلْغَدْرُ وَٱنْفَرَجَتْ
مَسَافَةُ ٱلْخُلْفِ بَيْنَ ٱلْقَوْلِ وَٱلْعَمَلِ *

52 وَشَانَ صِدْقَكَ عِنْدَ ٱلنَّاسِ كِذْبُهُمُ
وَهَلْ يُطَابِقُ مُعْوَجٌّ بِمُعْتَدِلِ *

53 إِنْ كَانَ يَنْفَعُ شَيْءٌ فِي ثَبَاتِهِمِ
عَلَى ٱلْعُهُودِ فَسَبْقُ ٱلسَّيْفِ لِلْعَذَلِ *

50. Bonitas autem opinionis tuae de tempore, imbecillitas est:
Opinare ergo malum, et esto ab eo in timore.

51. Defecit fides, et abundauit dolus; et aperta est
Distantia contrarietatis inter dictum et factum.

52. Dedecorat autem veritatem tuam apud homines mendacium eorum.
Et nunquid conueniat curuum cum recto?

53. Si profit quicquam ad hoc vt firmi maneant
In promissis, certè *hoc est*, vt praeueniat gladius reprehensionem.

54. Heus

54 يَا وَارِدًا سُؤْرَ عَيْشٍ كُلُّهُ كَدَرٌ
أَنْفَقْتَ صَفْوَكَ فِي أَيَّامِكَ ٱلْأُوَلِ *

55 فِيمَ ٱقْتِحَامُكَ لُجَّ ٱلْبَحْرِ تَرْكَبُهُ
وَأَنْتَ يَكْفِيكَ مِنْهُ مَصَّةُ ٱلْوَشَلِ *

56 مُلْكُ ٱلْقَنَاعَةِ لَا يُخْشَى عَلَيْهِ وَلَا
يُحْتَاجُ فِيهِ إِلَى ٱلْأَنْصَارِ وَٱلْخَوَلِ *

57 تَرْجُو ٱلْبَقَآءَ بِدَارٍ لَا ثَبَاتَ لَهَا

54. Heus qui petis reliquias vitae, cuius totum turbidum est;
Conſumpſiſti quicquid ſinceri tibi fuit in diebus tuis primis.

55. Quare praecipitem te das in profundò maris, vt in eo nauiges,
Cùm tibi ſufficiat de eo ſorbitio aquae paucae?

56. Regnum αὐταρκείας *eſt* de quo non timetur, neque
Opus eſt in eo adiutoribus et aſſeclis.

57. Speras durationem in domo cui non eſt ſtabilitas:

Annon

فَهَلْ سَمِعْتَ بِظِلٍّ غَيْرِ مُنْتَقِلِ *

٥٨ وَيَا خَبِيرًا عَلَى ٱلْأَسْرَارِ مُطَّلِعًا

اُصْمُتْ فَفِي ٱلصَّمْتِ مَنْجَاةٌ مِنَ ٱلزَّلَلِ *

٥٩ قَدْ رَشَّحُوكَ لِأَمْرٍ إِنْ فَطِنْتَ لَهُ

فَٱرْبَأْ بِنَفْسِكَ أَنْ تَرْعَى مَعَ ٱلْهَمَلِ *

Annon audiuisti de Vmbra quae non transeat?

58. Etô perite, qui secreta perspecta habes,
Sile; siquidèm in silentio *est* effugium à lapsu.

59. Destinârunt te rei, si eam intellexeris,
Caue tibi, ne pascaris cum camelis, quibus nemo est qui eos curet.

## ADNOTATIONES.

*a*) Carmen hoc cum versione latina et notis *Eduardi Pocockii* itemque indice triplici edidit *Samuel Clericus* Oxonii 1661. in 8. plag. 25. s. t. لامية العجم *Lamiato 'lAjam*, *Carmen Tograi*, *poetae Arabis doctissimi; una cum versione Latina, et notis praxin exhibentibus: operâ* EDVARDI POCOCKII *LL. Hebr.. et Arab. Profess.*

*b*) Quia nomen أَبٌ *pater* hoc loco in genitiuo

tiuo legitur, omnino ſcribendum eſt أَبِي اسْمَعِيل *Abi-Iſmael*, in nominatiuo autem أَبُو اسْمَعِيل *Abu-Iſmael* ſ. pater Iſmaelis legitur §. 34. obſ. 1. Quod efficit cognomen Poëtae noſtri, vti ſolemne eſt Arabibus homines cognominibus potius a parentum vel liberorum nomine compoſitis, quam nominibus propriis appellare, idque honoris cauſa. Nomen eius الحسين *Hoſain*, et patria illi *Eſpahan* Metropolis *Perſiae* fuit. Vizieri ſeu Conſiliarii munere functus eſt apud regem *Maſudum* Ebn *Mohammed Seljukienſem* in vrbe *Mauſal*; donec orto inter regem *Maſudum* et fratrem ſuum *Mahmudum* diſſidio, commiſſoque praelio, captus eſt, et a regis *Mahmudi* Viziero morte multatus circa annum *Hegirae* 515, nullam aliam ob cauſam quam quod metuerent eum ob excellentes eius virtutes, quibus ad inuidiam commoti ſunt. Viri enim tum eruditione tum virtutibus inſignis nomen illi tribuitur, et in Poëſi atque eloquentia ſeculi ſui Phoenix vocatur. Appellationem الطغرايي *Thograicus* ſortitus eſt a munere vel peritia ſcribendi طغرا *Thogra* i. e. implexam iſtam et craſſioris ductus ſcripturam, quae diplomatibus principum praemitti apud eos ſolet, nomina et titulos principum iſtorum continens.

 Inde

Inde طُغْرَاءِيٌّ *Thograejjon* qui talem ſcripturam exarat. conf. §. 30. II. ב, 1.

*c*) Eſt participium Coniugat. I. in paſſiuo مَعْرُوفٌ *appellatus*, *notus*, a rad. عَرَفَ *cognouit*, *ſciuit*, *decreuit*, feminini generis cum praefixo artic. أَلْ collat. §. 42. IV. §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 14. I.

*d*) Nomen لَامِيَّةٌ ex maſculino لَامِيٌّ ſignificat *poëma in Lam deſinens*, quia deriuatur a لَامٌ *littera Lam*, tanquam poſſeſſiuum, ideoque ſignificat illud *quod ad litteram Lam pertinet*, *ſeu litterâ Lam terminatur*. §. 30. II. ב, 1. et §. 32, 1. Iam additur articulus, vt proueniat أَللَّامِيَّةُ §. 38, 2. §. 11. II, 1. *β*. et obſ. §. 35. II, 4. et praefixum بِ §. 50. II, 1. et obſ. §. 33. B. I, 2. §. 14. I. Et nomen ſequens عَجَمٍ eſt nomen collect. ſignificans *barbaros* vel *peregrinos*, quicunque non ſunt Arabes, ſpeciatim *Perſas*; per cuius adiectionem poëma hoc noſtrum *Lamiah Perſarum* a celebri apud Arabes poëmate, a Poëta *Shaaphari* compoſito ſub titulo *Lamiato 'lArab* ſeu *Arabum*, diſtinguitur, atque indicatur hoc ab homine *Perſâ* profectum carmen nec elegantia, nec ſententiarum frequentia et pondere, iſti alteri cedere.

*e*) ad verba, *apud abſentiam ornamentorum externorum;* nam nomen عَطَلٌ deſcendit a rad. عَطِلَ *ornamentis deſtitutus fuit*, *caruit*; ſpeciatim *monilibus caruit* femina.

*f*) Vocabulum إِقَامَةٌ *manſio*, ſeu τὸ *manere*, eſt a rad. قَامَ *ſtetit*, Infinitiuus coniug. IV. ſiue nomen verbale §. 30. II. א. β, 2. et obſ. 1. §. 47. I, 1. cum articulo أَلْ §. 38, 2. §. 35. II. 4. §. 14. I.

g) Prouerbialis loquendi modus, quo innuitur apud Arabes, alicui nihil eſſe cum re vel negotio aliquo, vel ab illo hoc penitus remotum cupiunt.

*h*) Nomen أَهْلٌ quod conuenit cum Hebr. אֹהֶל *tentorium*, ſignificat *familiam*, *domeſticos*, *propinquos*, *aſſeclas* alicuius, ſeu omnes *qui ei chari ſunt.* Et duo ſequentia vocabula *vacuus manu* deſcribunt *pauperem* ſiue *inopem.*

*i*) Verbum hoc ſingulare *nudatum eſt* cum nomine duali conſtructum infert nomini ſignificationem diſtributiuam, *nudatum eſt quodlibet laterum eius* §. 80. II. Interpr. Danz. Et aſſimilat ſe Poëta Enſi nullo ornatu adſcititio ſed ſua ſolum praeſtantia commendato.

*k*) Vocabulum hoc أَلْقِي *veniam* eſt a rad. لَقَا

 ſiue

siue لَقِيَ *inuenit*, *obuium habuit*, *vidit*, 1 perſ. ſingul. commun. Futuri Coniug. I. §. 48. I, 2. et obſ. 2. recteque vertitur: quod *patior*, vel quod *ſubeo laboris et difficultatis.*

*l*) Verbum لَجَّ ſignificat *multus*, *amplus fuit*, *litigauit*, *importune* inſtitit, ideoque tota propoſitio hic obuia: *multus fuit comitatus in reprehenſione mei*, indicat, multum reprehenderunt me comites ſiue ſocii, quod nimirum itinera itineribus ſuperadderem, nouasque mihi moleſtias crearem, nec quieti opportunae indulgerem.

*m*) Proprie: *cupiebam expanſionem manus*, per quam recte intelliguntur *diuitiae*, quia diues, ſicut ſcholiaſtes monet, manum ſuam erogandis pecuniis et ſumptibus faciendis expandat, et quicunque eroget pecunias, manum ſuam expandat; ita vt vocetur liberalis erogatio *expanſio* manus, retentio vero ſeu parſimonia *contractio.*

*n*) Vocabulum أَسْتَعِينُ *auxilium petam* eſt a rad. عَانَ *mediae aetatis fuit*, III. et IV. opem tulit, auxiliatus fuit, X. *auxilium petiit*, *opem implorauit*, 1. perſ. ſingul. commun. Futuri Coni. X. collat. §. 47. I, 1. Ideoque textus arabicus ad verba dicit: *Opem imploro per illam manus* expanſionem, *ad ſolutionem debitorum celſitudini*

*dini* ſuae nobilitati, quae *penes me* ſunt. Et huius verſus ſenſus eſt: Cupio diuitias, quibus adiutus poſſim perſoluere celſitudini debita ſua, ad quae obſtrictus ſum, i. e. non ob ſordidos, neſcio quos, fines, quos ſibi plerique in cumulandis ſine modo diuitiis proponunt, ſed vt ea praeſtare queam, quae animum vere nobilem et excelſum deceant.

*o*) Vocabulum ذُو *poſſeſſor*, *dominus*, eiusque genitiuus hoc loco obuius ذِي §. 34. obſeru.§2. cum nomine ſequenti شَطَاط *recta atque iuſta ſtatura* conſtructum, deſcribit *procerum* ſiue *longa ſtatura praeditum* §. 67. Et vocabulum مُعْتَقِل, quod eſt participium Coniug. VIII. a rad. عَقَلَ *detinuit*, *conſtrinxit*, *aſtrictus* fuit, III. *conſtrinxit in crure aut prope genua* camelum, VIII. *inter crura et ſtapedem vel iumentum tenuit* haſtam ſuam eques, indicat eum qui collocat aut gerit haſtam inter ſtapedem et crus ſuum. Atque ſic verſus verti poteſt: *Et ſtatura iuſta praedito inſtar haſtae proportionatae*, *inter crura et ſtapedem tenente* haſtam *ſibi ſimilem*. Deſcribit itaque poëta in hoc et ſequenti verſu itineris ſui ſocium ac comitem quendam ab egregiis corporis et animi dotibus, qui iucunditate ſua vitae taedia repellere, et fortitudine ſua ſocios ſuos a periculis eiusdem tutos praeſtare

 poteſt;

poteſt; et nomen genitiui caſus, non a particula و, ſed, ſicut genitiuus praecedens, a verbo praecedente dependentis, praebere poteſt occaſionem remouendi difficultates, quae interpretes ratione nexus hoc loco detinuerunt. Conqueritur nimirum poëta in praecedentibus, quod ſpe ſua diuitias in peregrinatione longa obtinendi deſtitutus fuerit, iamque indicat, quod nihil lucratus ſit, niſi quod reditum proſperum et itineris comitem egregiis corporis et animi dotibus praeditum, cuius commercio eſt vſus, inuenerit.

*p*) Vocabulum hoc يَحُلِ *mutabitur* eſt a rad. حَالَ *verſus*, *mutatus eſt*, 3. perſ. ſingul. maſcul. Futuri Coniug. I. quae eſt يَحُلْ pro يَحُولُ §. 47. I, 1. collat. §. 57. obſ. 1. *a*. et obſ. 2. Sed quando vlterius pro *Gjeſma* vltimae radicalis ſubſtituitur *Keſre*, ex licentia poëtica, poſtulante ſic metri ratione, factum eſt illud.

*q*) Vocabuli huius nominatiuus غَدَائِرُ eſt nomen plural. a ſingul. غَدِيرَةٌ *cincinnus mulieris* §. 33. A. VI. א, 16. vnde nomen noſtrum in genitiuo cum praefixo artic. أَلْ oritur §. 33. B. I, 2. §. 38, 2. §. 35. II, 4. quod verti debet: nigrae *cincinnis* ſiue *quoad cincinnos* §. 93. i. e. feminae

minae nigros capillos habentes. In qua capillorum nigritudine peculiarem Arabes quaerebant pulchritudinem, prouti ex aliis Arabum poëtis cognosci potest. Sic enim v. g. MOTANABBI in Carm. 9. puellam pulchram amore dignam describit:

ذات فرع كأنما ضرب العنبر فيه بماء
ورد وعود

حالك كالغداف جثل دجوجي أثيث جعد
بلا تجعيد

quos duos versus celeberr. et linguae Arab. peritissimus IOAN. IACOBVS KEISKE germanice vertit: *Begabt mit einem Scheidel Haare, das so wohl riecht, als wenn in demselben Ambar mit Rosenwasser und Aloeholze eingerührt wäre. Das so schwarz ist, wie ein Rabe, buschigt und traubenkruspe, nachtschwarz, dick, krause von Natur, nicht durch Kunst.* Et hanc ad priora verba addit notam: *Die Araber salben ihr Haupt mit Ambar, besprengen es darauf mit Rosenwasser, und durchräuchern es endlich mit einem schmauchenden Stückgen Aloeholz, wovon der Geruch in dem von Ambar und vom Rosenwasser klebrigten Haare hangen bleibt.* conf. eius *Proben der arabischen Dichtkunst in verliebten und traurigen Gedichten aus dem Motanabbi, Arabisch und Deutsch, nebst Anmerkungen* p. 23. sqq.

r) Vocabulum أُسْدٌ *leones* est a rad. أَسَدَ

*viso leone cohorruit*, et, quasi contrarium, *leoni similis fuit*, nomen plurale a singulari أَسَدٌ, unde alias etiam pluralis vsitatus est أُسُودٌ, أُسْدَانٌ, أُسَادٌ et أُسْدٌ conf. §. 33. A. VI. א, 6. 18. et obs. Et per leones hoc loco intelliguntur viri leonibus quoad fortitudinem similes.

*s*) In hac Amasiae suae descriptione indicare vult Poëta: Multum addit gratiae et suauitati colloquiorum, quae noctu (Arabum more) inter se instituere solent generosi tribus istius viri, illud quod in generosis apud eos feminis inuenitur timiditatis et parsimoniae. *Nam ista duo*, prout monet Scholiastes, *quae viris vitio quam maxime vertuntur*, *mulieribus in laudem cedunt*, quippe quas non minus dedecet nimiam prae se ferre audaciam et liberalitatem, quam viros timorem et auaritiam.

*t*) Solebant nimirum Arabes, qui nulla re magis quam peregrinis hospitio excipiendis gloriam captabant, ignibus in fastigiis collium, locisque conspicuis accensis hospites inuitare, et accedentibus viae indicia praebere. *Atque ita*, inquit Scholiastes, *laudibus quibus potuit maximis tribum istam euexit*, dum foeminarum miram pulchritudinem et modestiam, virorum summam magnificentiam et munificentiam depraedicat, in quibus vlterius recensendis pergit poëta.

*v*) Voca-

*v*) Vocabulum أنضاء *cameli emaciati* vel quaeuis animalia emaciata et extenuata multo inceſſu vel labore alio, eſt nomen plurale a ſingul. نضو quod ſupra vers. 7. occurrit. Et eiusmodi animalibus multo labore emaciatis et prope confectis hoc loco aſſimilantur amore ſaucii et confecti. Quando vero de feminis Tholaitarum, quas laudat poëta, dicitur, quod *occidant amore ſaucios et confectos qui ſe mouere non poſſunt prae languore*, caſtitas earum deſcribitur, qua ductae illos voti ſui compotes non reddant, ſed illis maledicant, eosdemque in extremo vitae ſpiritu male adficiant. Nam verbum قتل non ſolum *occidere* ſignificat, ſed etiam *laedere maleue adficere alterum* in extremo vitae ſpiritu, *eidemque maledicere*; ſicut de vino dictum innuit *aqua illud diluere*.

*w*) Verbum hoc in maſculino poſitum reſpicit viros, quorum liberalitas ſumma iam deſcribitur, ſicut in praecedentibus feminarum caſtitas laudatur. Haud male enim notant interpretes, quod maioris liberalitatis apud Arabes ſignum fuerit, quando equos et camelos pro hoſpitibus excipiendis mactauerint, quam quando alii pecudes, veluti oues et haedos, eorum cauſa trucidauerint; licet noſtrûm quilibet minus lauta auariorum conuiuia lubentiſſime ſit

 electu-

electurus, agnum ſibi vel haedum, non autem equum aut camelum integrum, praeferens.

x) *Per auram ſanitatis* denotatur aura ſanitatem afferens, §. 22. Interpr. Danz. adeoque vox illa nihil aliud quam auram ſuaui halitu ſpirantem, ventum odoriferum, ſignificat.

y) Verbum كره ſignificat *abhorruit*, *aegre tulit*, *reſpuit*, *faſtidiuit*, *renuit*, et verſu hoc et ſequenti indicat poëta; ſe promtum eſſe atque paratum ad omnia pericula ſubeunda, ſi votorum modo fiat compos, potiaturque cupita ſiue amaſia ſua.

z) Vocabulum غِزْلَانٌ *capreolae*, *hinnuli*, eſt nomen plural. a ſingulari غَزَالٌ §. 33. A. VI. א, 17. Et per animal hoc regionibus iſtis notiſſimum, quod Ebraei vocant צְבִי et in ſcriptura frequentiſſime occurrit, intelliguntur puellae formoſae. Nihil enim Poëtis Arabum vſitatius, quam amaſias ſuas laſciuo huic et pulcherrimo animali comparare.

Atque ſic dimidiam carminis noſtri partem adnotationibus illuſtraui; ſed reliquas notas ad alteram partem pertinentes, quas per feſtinationem typothetae me inopinatum iam aliisque laboribus oppreſſum vrgentis colligere mihi non licuit, ſcholis meis reſeruare cogor.

SEN-

## B) SENTENTIAS POËTARVM NONNVLLAS. a)

1.

لَا تَحْقِرِ ٱلْمَرْءَ إِنْ رَأَيْتَ بِهِ دَمَامَةً

أَوْ رَثَاثَةَ ٱلْحُلَلِ،

فَٱلنَّحْلُ لَا شَكَّ فِي ضُؤُولَتِهِ يَشْتَارُ مِنْهُ

ٱلْفَتِي جَنِي ٱلْعَسَلِ،

Ne despice virum, si in eo videris demissum clientis habitum aut tritas vestes:
Apis haud dubiè gracilis et strigosa est; at ex alveari eius colligit homo prouentum mellis. b)

2.

أَصْبِرْ عَلَي كَيْدِ ٱلْحَسُودِ فَإِنَّ

صَبْرَكَ قَاتِلُهُ،

فَٱلنَّارُ تَأْكُلُ بَعْضَهَا إِنْ لَمْ

تَجِدْ مَا تَأْكُلُهُ،

Patientem gere te contra insidias inuidi: namque eum necabit patientia tua.
Sicut seipsum exedit ignis, vbi non inuenit quod exedat.

3.

3.

وَإِنَّ ٱلْعَنَآءَ أَنْ تُفَهِّمَ جَاهِلًا فَيَحْسَبُ

جَهْلًا أَنَّهُ مِنْكَ أَفْهَمُ ،

مَتَي يَبْلُغُ ٱلْبُنْيَانُ يَوْمًا تَمَامَهُ إِذَا كُنْتَ

تَبْنِيهِ وَغَيْرُكَ يَهْدِمُ ،

Equidem labor eſt, vt intelligentem reddas qui ſit inſipiens, et prae inſipientia putat quòd te ſit ipſe intelligentior.

Quando ad perfectionem ſuam pertingat tandem aedificium; quod cùm tu exſtruis, alius à te deſtruat?

4.

تَوَاضَعْ تَكُنْ كَٱلنَّجْمِ لَاحَ لِنَاظِرٍ

عَلَي صَفَحَاتِ ٱلْمَاءِ وَهُوَ رَفِيعُ ،

وَلَا تَكُنْ كَالدُّخَانِ يَعْلُو بِنَفْسِهِ

إِلَي طَبَقَاتِ ٱلْجَوِّ وَهُوَ وَضِيعُ ،

Humilem praebe te, ac ſimilis eſto ſyderi, quod ſpectatori ſplendet ad ripas aquae, cum ipſum ſit ſublime.

Ne autem ſimilis fumo ſis, qui ad ſuprema aëris ſeſe effert, cùm ipſe ſit humilis.

5.

اَلْفَضْلُ فِي ٱلرَّجُلِ ٱللَّبِيبِ زِيَادَةٌ
وَنَقِيصَةٌ فِي ٱلْأَحْمَقِ ٱلطَّيَّاشِ ،
مِثْلَ ٱلنَّهَارِ يُفِيدُ أَبْصَارَ ٱلْوَرَي
نُورًا وَيُعْشِي أَعْيُنَ ٱلْخُفَّاشِ ،

Fortunae praeſtantia in viro cordato augmentum eſt; detrimentum verò in fatuo ac leui:
Inſtar diei, qui hominum oculis prodeſt luce; ſed obſcurat oculos veſpertilionis.

6.

اَقْرِنْ بِرَأْيِكَ رَأْيَ غَيْرِكَ وَٱسْتَشِرْ ،
فَٱلْحَقُّ لَا يُخْفَي عَلَي ٱثْنَيْنِ ،
فَٱلْمَرْءُ مِرْآةٌ تُرِيهِ وَجْهَهُ
وَيَرَي قَفَاهُ بِجَمْعِ مِرْآتَيْنِ ،

**Oppone menti tuae mentem alterius, et conſilium cape: namque verum minùs lateat duos.**
Vir vtique ſpeculum eſt, *c)* quod ipſi oſtendit faciem ſuam; **at dorſum ſuum videt iunctis ſpeculis duobus.**

7.

7.

وَمَنْ يَجْعَلِ ٱلْمَعْرُوفَ مِنْ دُونِ عِرْضِهِ ،
يَغُزْهُ وَمَنْ تَتَّقِ ٱلشَّتْمَ يُشْتَمِ ،
وَمَنْ لَا يَذُدْ عَنْ حَوْضِهِ بِسِلَاحِهِ ،
يُهَدَّمْ وَمَنْ لَا يَظْلِمِ ٱلنَّاسَ يُظْلَمِ ،

Qui beneficium confert in indignos, perdit illud; et qui contumeliam non cauet, eâ afficitur.
Quique à lacu suo *d*) iniuriam non propulsat armis, vt diruatur facit; et qui non rigidè tractat homines, iniustè opprimitur.

8.

فَٱحْفَظْ ضَمِيرَكَ مِنْ خِلٍّ تُجَالِسُهُ ؛
فَكَمْ خَفِيٍّ خَفَاهُ مَاكِرٌ فَبَدَا ،
يَسْتَحْسِنُ ٱلْمَرْءُ نُبَاهُ فَتَقْتُلُهُ ،
وَٱلْعَيْنُ تَسْتَحْسِنُ ٱلْهِنْدِيَّ وَٱلزَّبَدَ ،

Serua arcanum tuum ab amico cui familiaris es: quot abdita enim, quae vafer clam habuerit, euasêre palam?
Pulchrum ducit homo mundum suum, qui ipsum perimit: vt et ensem probat oculus eiusque splendorem. *e*)

9.

لَعَمْرُكَ مَا ٱلْإِنْسَانُ إِلَّا ٱبْنُ يَوْمِهِ
عَلَى مَا تَجَلَّى يَوْمُهُ لَا ٱبْنُ أَمْسِهِ ،
وَمَا ٱلْفَخْرُ بِٱلْعَظْمِ ٱلرَّمِيمِ وَإِنَّمَا
فَخَارُ ٱلَّذِي يَبْغِي ٱلْفَخَارَ بِنَفْسِهِ ،

Aedepol non est homo nisi filius diei (*vel* aeui) praesentis, prout hic ipse splendeat; non filius diei hesterni.

Haud constat gloria in carioso osse: sed gloria illius est, qui eam petit per seipsum. *f*)

10.

أَلَا فَلْتَخْشَ مَا تَرْجَا وَجَدُّكَ هَابِطٌ
وَلَا تَخْشَ مَا تَخْشَى وَجَدُّكَ رَافِعُ ،
فَلَا نَافِعٌ إِلَّا مَعَ ٱلنَّحْسِ ضَائِرٌ
وَلَا ضَائِرٌ إِلَّا مَعَ ٱلسَّعْدِ نَافِعُ ،

Equidem metue quod speras, fortunâ tuâ deciduâ; nec metue quod metuis, fortunâ culminante.

Neque enim quid vtile est, quod cum infelici fato non sit noxium; neque quid noxium est, quod cum felici fato non sit vtile.

11.

إِنَّمَا نِعْمَةُ دُنْيَا مُتْعَةٌ وَحَيَاةُ ٱلْمَرْءِ
ثَوْبٌ مُسْتَعَارْ،
وَصُرُوفُ ٱلدَّهْرِ فِي إِطْبَاقِهِ خِلْفَةٌ فِيهَا
ٱرْتِفَاعٌ وَٱنْحِدَارْ،
بَيْنَمَا ٱلنَّاسُ فِي عَلْيَاءِهَا إِذْ هَوَوْا فِي
هُوَّةٍ مِنْهَا فَغَارُوا،

Bona mundana duntaxat quidam vſusfructus ſunt; vitaque hominis mutuata veſtis.
Et viciſſitudines fortunae congruunt orbi, in quo aſcenſus quidam et deſcenſus.
Dum homines in eius ſunt faſtigio, in imum ecce decidunt atque merguntur.

12.

رَأَيْتُ ٱلْعَقْلَ عَقْلَيْنِ فَمَطْبُوعٌ وَمَسْمُوعٌ،
وَلَا يَنْفَعُ مَسْمُوعٌ إِذَا لَمْ يَكُ مَطْبُوعٌ،
كَمَا لَا تَنْفَعُ ٱلشَّمْسُ وَضَوْءُ ٱلْعَيْنِ مَمْنُوعٌ،

Vidi intellectum eſſe duplicem: quippe alius naturâ eſt inſitus, alius acquiritur auditu.

Non

Non autem profuerit acquiſitus, ſi deſit inſitus:
Sicuti prodeſſe nequit Sol, vbi lux oculi *fuerit* impedita, (*vel* negata.)

XIII.

قُلْ لِلَّذِي بِصُرُوفِ ٱلدَّهْرِ عَيَّرَنَا
هَلْ عَانَدَ ٱلدَّهْرُ إِلَّا مَنْ لَهُ خَطَرُ،
أَمَا تَرَى ٱلْبَحْرَ تَعْلُو فَوْقَهُ جِيَفٌ
وَيَسْتَقِرُّ فِي قَعْرِهِ ٱلدُّرَرُ،
وَفِي ٱلسَّمَاءِ نُجُومٌ غَيْرُ ذِي عَدَدٍ
وَلَيْسَ يُكْسَفُ إِلَّا ٱلشَّمْسُ وَٱلْقَمَرُ،

Dicito illi qui nobis exprobrat mutationes fortunae: num aduerſa premit illa quenquam, niſi cui quid eximium ſit et praeclarum?
An non vides in ſummo maris ferri cadauer, et reſidere in ipſius fundo margaritas?
Atque in caelo ſtellae ſunt innumerabiles, at non obſcurantur eclipſi praeterquam Sol et Luna.

XIV.

وَمُكَلِّفُ ٱلْأَيَّامِ ضِدَّ طِبَاعِهَا
مُتَطَلِّبٌ فِي ٱلْمَاءِ جَذْوَةَ نَارٍ،

جُبِلَتْ عَلَى كَدَرٍ وَأَنْتَ تُرِيدُهَا
صَفْوًا فِي ٱلْأَقْذَاءِ وَٱلْأَكْدَارِ
وَإِذَا رَجَوْتَ ٱلْمُسْتَحِيلَ فَإِنَّمَا
تَبْنِي ٱلرَّجَاءَ عَلَى شَفِيرٍ هَارِ
فَٱلْعَيْشُ نَوْمٌ وَٱلْمَنِيَّةُ يَقْظَةٌ
وَٱلْمَرْءُ بَيْنَهُمَا خَيَالٌ سَارِي

Qui torquere ſtudet dies (*i. e.* res mundanas) contra ipſarum naturam; captat in aqua ardentem ignis prunam.

Formatae ſunt turbidae, et tu vis eſſe limpidas in feſtucis et ſordibus.

Si quando ſperas quod ſit mutabile, enimuero ſpem ſuperſtruis crepidini labili.

Vtique vita ſomnus eſt, mors autem experrectio; et homo inter illa duo ſpectrum noctu vagans.

١٥.

وَٱلْبَيْتُ لَا يُبْتَنَى إِلَّا لَهُ عَمَدٌ
وَلَا عِمَادَ إِذَا لَمْ تُرْسَ أَوْتَادُ

فَإِنْ

فَإِنْ تَجَمَّعَ أَوْتَادٌ وَأَعْمِدَةٌ

وَسَاكِنٌ بَلَغُوا ٱلْأَمْرَ ٱلَّذِي كَانُوا ،

تُهْدَى ٱلْأُمُورُ بِأَهْلِ ٱلرَّأْيِ

مَا صَلُحَتْ وَإِنْ تَوَلَّتْ فَبِٱلْأَشْرَارِ تَنْقَادُ ،

لَا يَصْلُحُ ٱلنَّاسُ فَوْضَى لَا سَرَاةَ لَهُمْ

وَلَا سَرَاةَ إِذَا جُهَّالُهُمْ سَادُوا ،

Non struitur tentorium si illi fulcimenta desint: neque vlla sunt, si non figantur paxilli.

At si iuncti sint paxilli palique et incolae; ad rem pertingunt de qua laborabant.

Diriguntur negotia, quoad prospera sunt, per sapientes: si verò retrocedant indè, reguntur per improbos.

Non bene se habent homines liberè viuentes, si ipsis nulli sunt duces; non autem duces vlli sunt, cùm insipientes dominantur.

## ADNOTATIONES.

*a*) Sententias has quindecim sequentes desumsi ex illis LIX. sententiis et gnomis, quas ex Poëtarum celebriorum scriptis vel dictis collegit IAC. GOLIVS, easdemque exhibuit in *Arabicae linguae tyrocinio*, *id est*, *Thomae Erpe-*

mum dignitatis fastigium pertigerat apud Nomanem fil. Munderi; Hirae (quae Assyriae est prouincia et vrbs) regem, valde celebratum Orientalium scriptis. De eiusmodi igitur homine dicitur prouerbium, qui propriis meritis, non generis fauore, ad honores emergit; eoque monent, suum cuiquam ingenium, laborem, ac virtutes fingere fortunam. Id quod per nostram etiam sententiam indicari, quilibet facile concedet.

V) SPECIMINA NON-PVNCTATA.

## A) FRAGMENTVM EVTYCHII HISTORICVM

DE

## ORIGINIBVS ECCLESIAE ALEXANDRINAE. 1)

في تسع سنين من قلوديوس قيصر
كان مرقص الانجيلي بمدينة
الاسكندرية يدعو الناس الي الايمان
بالمسيح سيدنا ۞ فبينا مرقص
يمشي في مدينة الاسكندرية اذ

Annus agebatur Claudii Caesaris nonus, cum Marcus Euangelista in vrbe versatus est Alexandriae, vt inde propagaretur 2) apud homines fides in Christo Domino nostro. Dum autem per vrbem incedit, diffringitur calcei eius corrigia: quem vt refice-

انقطع شسع نعله ۞ وجلس عند
رجل اسكاف يقال له حنانيا ليصلح
نعله ۞ فاخذ حنانيا الاشغا ليثقب
النعل فثقب به اصبع نفسه ۞ فسال
منه دما كثيرا ۞ واوجعه وجعا
شديدا ۞ فتبرم بمرقص فقال له
مرقص ان انت امنت بيسوع المسيح
ابن الله فان اصبعك تبرا ۞ واخذ
مرقص اصبع حنانيا ۞ وقال بسم
يسوع المسيح تبرا اصبعك ۞ فبريت
اصبعه للوقت ۞ فانقطع الدم فامن
حنانيا من ساعته بالمسيح وعمده
مرقص وصيره بطريركا على

reficeret, ad futorem fe contulit nomine *Hananiam* 3), qui fubulâ ad perforandum calceum fumta, 4) digitum fuum perforauit, adeo vt multum efflueret fanguinis, nec fine dolore ingenti. 5) Submurmuranti igitur in Marcum, dixit ei ille, fi credideris in *Iefum Chriftum* filium Dei, digitus tuus fanabitur. Prehenfo igitur digito eius dixit, in nomine *Iefu Chrifti* fanus fit digitus tuus; qui in eodem momento in fanitatem reftitutus eft, fanguine amplius non effluente. 6) Et credidit ab eo tempore *Hananias* in Chriftum, vnde baptizauit eum *Marcus* et conftituit eum Patriarchum *Alexan-*

الاسكندرية * وهو اول بطريرك
صير علي الاسكندرية * وان مرقص
البشير صير مع حانيا البطريرك
اثني عشر قسيس يكونوا مع
البطريرك * واذا عدم البطريرك
يختاروا واحد من الاثنا عشر
قسيسا * ويضع الاحد عشر قسيس
الباقون ايديهم علي راسه ويباركونه *
ويصلحونه بطريركا * ثم يختاروا
رجلا فاضلا فيصيروه قسيسا معهم
بدل الذي صير بطريركا ليكونوا
اثني عشر ابدا * فلم يزل رسم
القسا بالاسكندرية يصلحوا البطاركة

*driae.* Scilicet is primus erat *Alexandriae* Patriarcha constitutus. Constituit item *Marcus* Euangelista duodecim Presbyteros cum *Hanania*, qui nempe manerent cum Patriarcha, adeo vt cum vacaret Patriarchatus, eligerent vnum e duodecim Presbyteris cuius capiti reliqui vndecim manus imponerent 7) eumque benedicerent et Patriarcham eum crearent, et dein virum aliquem insignem eligerent eumque Presbyterum secum constituerent loco eius qui sic factus est Patriarcha; vt ita semper extarent duodecim. Neque desiit 8) *Alexandriae* institutum hoc de Presbyteris, vt scilicet

من القسا الاثني عشر الي زمان
الاسكندر بطريرك الاسكندرية
الذي كان في جملة الثلثماية
والثمانية عشر * فانه منع من ان
يصلحون القسا البطريرك * وامر
ايضا اذا مات البطريرك ان يجتمعوا
الاساقفة ويصلحون البطريرك * وامر
ايضا اذا مات البطريرك ان يختاروا
من اي بلد كان رجلا فاضلا * او
من اولايك الاثني عشر قسا او غيرهم
ممن يرضا حاله فيصلحونه بطريرك *
وانقطع الرسم القديم من اصلاح
القسا البطريرك * وجري الامر للاساقفة

ſcilicet Patriarchas crearent ex Presbyteris duodecim, vsque ad tempora *Alexandri* Patriarchae *Alexandrini* qui fuit ex numero illo CCCXVIII. Is autem vetuit, ne deinceps Patriarcham Presbyteri crearent. Et decreuit vt mortuo Patriarcha conuenirent 9) Epiſcopi qui Patriarcham ordinarent. Decreuit item vt, vacante Patriarchatu, eligerent ſiue ex quacunque regione ſiue ex duodecim illis Presbyteris ſiue aliis, vt res ferebat, virum aliquem eximium, eumque Patriarcham crearent. Atque ita euanuit inſtitutum illud antiquius, quo creari ſolitus a Presbyteris Patriarcha; et ſucceſſit 10) in locum eius decretum de Patriarcha ab

 Epiſco-

في اصلاح البطريرك * واما سوالهم
لم يسمي بطريرك الاسكندريه بابا
فمعني البابا جد * فان منذ حنانيا
الذي اصلحه مرقص البشير بطريرك
الاسكندرية الي وقت ديمتريوس
بطريرك الاسكندريه وهو الحادي
عشر بطريركا كان علي الاسكندريه *
لم يكن في عمل مصر اسقفا * ولم
تكن البطاركه الذين قبله اصلحوا
اسقفا * فلما صار ديمتريوس بطريركا
اصلح ثلثه اساقفا * وهو اول بطريرك
بالاسكندريه عمل الاساقفه * فلما
مات صير بعده هرقل بطريرك

Epiſcopis creando. Is etiam petiit ab eis ne Patriarcha *Alexandrinus*, *Papa* vocitaretur; quod ſignificat Auum 11.). Sed vero ab *Hanania* quem conſtituit *Marcus* Euangeliſta Patriarcham *Alexandriae*, vsque in tempora *Demetrii* Patriarchae ibidem (is Patriarcha fuit *Alexandrinus* vndecimus) nullus erat, in prouinciis *Aegypti*, Epiſcopus; nec Patriarchae ante eum crearunt Epiſcopos. Ille autem factus Patriarcha tres conſtituit Epiſcopos. Et primus fuit hic Patriarcha *Alexandrinus* qui Epiſcopos fecit. Mortuo *Demetrio* ſuffectus eſt *Heraclas* Patriarcha *Alexandrinus*, qui epiſcopos conſti-

على الاسكندرية * فاصلح عشرون
اسقفا * فواحد من هولا الاساقفة
اسمه اومانيوس خالف الشريعة *
واتصل خبره بهرقل البطريرك
فجمع هرقل البطريرك جماعة من
الاساقفه * وصار الى مدينة
اومانيوس * فكشف عن حاله فنظر
في امره ورده الى الحق * فسمعت
العامة الاساقفه وهم يسمون البطريرك
ابا * فقالوا في نفسهم انا كنا
نحن نسمي الاسقف ابا * والاسقف
يسمي البطريرك ابا * فيجب
علينا نحن ان نسمي البطريرك
بابا * اي جد اب اذ كان اب

constituit viginti. Ex his vnus erat, *Ammonius* dictus, religionis desertor. De quo simulac ad *Heraclam* delata est fama, congregauit is Synodum Episcoporum, et in vrbem *Ammonii* perrexit, vbi re satis cognita et perspecta, eum ad veritatem reduxit. Cum vero homines audierant Episcopos vocitare patriarcham *Abba* seu patrem, inter se dixere, nos Episcopum quemlibet *Abba* seu patrem appellamus; Et appellant Episcopi Patriarcham *Abba*. Vnde sane oportet vt vocemus nos patriarcham *Papam* id est auum, cum sit pater patrum.

الابا * فسمي بطريرك الاسكندرية
من ايام هرقل بابا اي الجد *
فاما حنانيا بطريرك الاسكندرية
الذي اصلحه مرقص البشير علي
كرسيها بطريركا اقام اثنين وعشرين
سنا ومات * وخرج مرقص البشير
الي برقة يدعوا الناس الي الايمان
بالمسيح ابن الله * ومات قلوديوس
قيصر الملك فملك بعده ابنه
نارون قيصر برومية ثلثه عشر
سنة * وهو اول من اهاج علي
النصاري الشر والبلا * وكان رجلا
شريرا جدا ردي السيرة * وفي عصر

trum. Ita a tempore *Heraclae*, Patriarcha *Alexandrinus* dictus est *Papa*, id est Auus. Postquam autem *Hananias* Patriarcha *Alexandrinus* quem *Marcus* Euangelista in sede sua constituit, annos sederat XXII, mortuus est. Et profectus est *Marcus* Euangelista in *Barcam*, vt propagaretur 12) apud homines fides in Christum filium Dei. Obiit dein *Claudius* Caesar, Imperator, et imperauit Romae post eum, filius eius *Nero* Caesar annis XIII, qui primus fuit grauissimorum in Christianos malorum autor; homo vtpote, in consilii et vitae instituendae ratione, improbissimus. Et tempore *Neronis*

Caesaris,

نيرون قيصر كتب بطرس ريس
الحواريين انجيل مرقص عن مرقص
في الرومية في مدينة رومية ✿ ونسبه
الي مرقص ✿ وفي عصر هذا الملك
ايضا كتب لوقا انجيله
باليونانية الي رجل شريف من
علماء الروم يقول له ثاوفيلا ✿
وكتب اليه ايضا الابركسيس
الذي هو اخبار التلاميذ ✿ وقد
كان لوقا البشير صاحب بولص
الرسول ✿ واقام معه زمانا ✿
وذلك ان بولص الرسول يقول في
بعض رسايله ان لوقا الطبيب يقرا

Caesaris, scripsit *Petrus*, apostolorum princeps, euangelium *Marci*, cum *Marco*, lingua *Romana*, in vrbe *Romae*. Sed attribuit illud *Marco*. 14) Etiam tempore huius imperatoris scripsit *Lucas* euangelium suum *Graece*, 15) ad virum nobilem ex sapientibus *Romanis*, cui nomen *Theophilus*, ad quem item scripsit Acta seu discipulorum historiam. Erat autem *Lucas* euangelista comes *Pauli* apostoli, quocum per tempus aliquod mansit. Vnde est quod *Paulus* apostolus in quadam epistola sua dicit, *Lucas Medicus vos salutat.* Prehensum vero *Petrum*
Nero

عليكم السلام ✿ واخذ نارون قيصر
لبطرس وصلبه منكسا وقتله ✿ لان
بطرس قال له ان اردت ان تصلبني
فاصلبني منكسا لئلا تشبه بصلبة سيدي
المسيح وانه طلب قليتا ✿ وضرب
عنق بولس بسيف وكان لبطرس
بعد سيدنا المسيح حين قتل
اثنين وعشرون سنة ✿ وصير بعد
بطرس لينوس بطريركا على رومية
اقام اثني عشر سنه ومات ✿ وهو
اول بطريرك صار على رومية ✿ وكان
مرقس صاحب الانجيل بالاسكندرية
وبرقة يدعوا الناس الى الايمان

*Nero* cruci affigit, corpore ſcilicet inuerſo, atque ita morte eum adfecit. Nam et dixerat ei *Petrus*, ſi vis vt ego cruci affigar, corpore me inuerſo affige cruci, ne mors mihi inflicta ſimilis ſit ei quae infligebatur domino meo Chriſto, qui cruci affixus eſt corpore erecto. Sed gladio trucidauit *Paulum*. Occiſus autem eſt *Petrus*, ſub annum XXII. poſt dominum noſtrum Chriſtum. Erat vero poſt *Petrum*, Linus patriarcha *Romae*; qua functus dignitate XII annos obiit. Et hic primus erat patriarcha *Romanus*. Atque erat *Marcus* euangelii auctor, in *Alexandria* et *Barca* (vt ſcilicet propagaretur apud homines

بالمسيح ابن الله سبع سنين ❁ وفي
اول سنة من ملك هذا نارون قيصر
قتل مرقص بالاسكندرية واحرق
جسده بالنار ❁

nes fides in Christum filium Dei) annis VII. Et anni imperii *Neronis* Caesaris iam dicti primo, occisus est *Marcus Alexandriae*, et corpus eius igne est crematum.

## ADNOTATIONES.

1) Hausta est sequens de originibus ecclesiae Alexandrinae narratio ex EVTYCHII Patriarchae Orthodoxorum Alexandrini *Annalibus*, quos conscripsit ille ad *Isa Ebn Batrik* fratrem suum, et quorum mentionem saepenumero facit GEORG. ELMACINVS in Historia sua Saracenica. Totam hanc pericopam debemus IOAN. SELDENO, qui eam cum Commentario prolixo in lucem edidit sub titulo *Eutychii Aegyptii Patriarchae Orthodoxorum Alexandrini, scriptoris, vt in Oriente admodum vetusti ac illustris, ita in Occidente tum paucissimis visi tum perraro auditi, Ecclesiae suae origines. Ex eiusdem Arabico nunc primum typis edidit ac versione et commentario auxit Ioannes Seldenus. Londini excudebat Richardus Bishopus MDCXLII. prostant apud R. et T. Whitakerum.* in 4. 28. plagul. Patriarchae huic, qui circa finem noni, et ab initio decimi seculi p. Chr. nat. floruit, a natalibus fuit nomen *Said Ebn*

*Batrik*

*Batrik* i. e. Saidus filius Batriki; ſed cum Patriarcha factus eſt nomen *Eutychius* ſibi elegit. Patria eius erat Aegyptus, et non ſolum in arte Medicinae ſingularem adeptus eſt famam, ſed etiam hiſtoriarum ſcientia et Theologia admodum inclaruit. Libri ab illo ſcripti ſunt quatuor, in quorum numerum referenda eſt *Medulla hiſtorica*, quae complectitur Annnales a rerum conditu vsque in ſua tempora deductos, in quibus quamplurima ad hiſtoriam tum ſacram tum profanam attinentia concurrunt notatu digniſſima. Et exinde deſumſit SELDENVS integram hanc de Marco Euangeliſta et eccleſiae Alexandrinae originibus moribusque vetuſtis ſectionem. Exemplaribus vſus fuit binis MSS. ex Oriente dudum allatis, quorum vnum antiquius vocat *Antiochenum*, alterum vero recentius et elegantius anno Chriſti 1618. Alepi exaratum nominat *Alepenſe*.

2) Sicut in tota iſta de originibus eccl. Alexandr. Pericopa verſionem SELDENI paulo liberiorem adpoſui immutatam, ita in hoc quoque commate illud factum eſt. Sed notandum eſt, quod verba haec *vt inde propagaretur apud homines fides in Chriſto domino noſtro* ſecundum textum Arabicum reddi poſſint: *vt inuitaret homines ad fidem* ſiue religionem veram *de Chriſto domino noſtro;* et vocabulum يدعى (quod ex vitio typograph. apud Seldenum legitur يدعوا) eſt a rad. دعا *conuocauit, venire iuſſit, inuitauit,* verbum

verbum 3. perſ. ſingul. maſcul. Futuri Coni. I. collat. §. 48. I, 2. Et de conſtructione verbi ſingul. cum nomine plurali conf. §. 80.

3) Si verbis textus Arabici arctius inhaerere velimus, comma hoc verti poteſt: *Itaque conſedit penes ſutorem, qui dicebatur Hananias, vt repararet calceum ſuum.* Et de hoc ſutore Alexandrino, poſtea Patriarchâ, fuſior eſt hiſtoria in veteri Marci vita auctoris incerti cum Abdia Babylonio plerumque editi, quem ſequitur ORDERICVS VITALIS in Libro 2. hiſtor. eccleſ. et ALFRICVS Archiepiſcopus Cantuarienſis in Sanctorum vitis AngloSaxonice, annis abhinc amplius ſexcentis, congeſtis; quarum exemplar MS. auctori coaeuum extat in bibliotheca Cottoniana. vid. Seldeni Commentar. p. 2.

4) In codice Antiocheno legitur: فاخذ حنانيا النعل واخذ الاشف *et ſumſit Hananias calceum, et ſumſit ſubulam;* totumque comma noſtrum ſecundum verba textus Arabici verti poſſunt: *quum ſumeret Hananias ſubulam vt perforaret calceum; tunc perforauit illâ digitum ſuum proprium* §. 66. et §. 68.

5) Duo commata breuia hic obuia SELDENVS coniungit, et verbis non anxie inhaerens vertit. Si quis vero textus Arabici verbis propius accedere velit, commata haec duo transferre poteſt: *Et manauit ex illo* digito *ſanguis*

 *multus,*

*multus*, vbi verbum سَالَ pro سيل *fluxit, profluxit*, hoc loco construitur cum accusatiuo دَمًا كثيرًا, loco nominatiui §. 92. II. *Et dolere fecit illum dolore ingenti* i. e. quod dolore maximo illum adfecit §. 149. III, 1. et §. 35. Interpr. Danz. nam verbum وَجِعَ *doluit*, *dolore correptus fuit*, in Coniug. IV. significat *dolere fecit*, siue *dolorem creauit*, *dolore adfecit*. §. 71. I.

6) Si limites commatum, et interpungendi signa textui Arabico addita, deserere nolimus; verba textus Arabici ita possunt verti: *Et sanatus est digitus eius illico. Cumque desineret sanguis, tunc credidit Hananias statim in Christum, ideoque baptizauit eum Marcus eumque constituit Patriarcham Alexandriae.* Ex quibus verbis minime concludi potest, Marcum ipsum fuisse Patriarcham aut Episcopum Alexandriae; non enim indicatur iisdem, Hananiam Marci fuisse successorem, sed ab illo creatum. Nec Marcum EVTYCHIVS noster vocat Alexandriae Episcopum aut Patriarcham, nec Hananiam eius successorem, sed ab eo creatum hunc fuisse narrat. Et in hoc consentit EVSEBIVS in Hist. eccles. Lib. 3. Cap. 13. vbi *Anianus* (siue Hananias) Alexandrinae paroeciae seu dioeceseos primus vocatur antistes, cui successerit secundus *Abilius*. Et de *Cerdone* idem auctor ibidem Cap. 21. hic tertius, inquit, post Anianum primum,

primum, ibi praeerat. Attamen hoc negare nolo, quod in Episcoporum seu Patriarcharum catalogis tam MSS. quam editis, ecclesiasticis annalibus, romanae ecclesiae ritualibus, alibique obuium sit, non solum Anianum successisse Marco, sed etiam Marcum siue Patriarcham siue Episcopum Alexandriae primum, idque a Petro, factum esse.

7) Vocabulum Arabicum وَيَضَعُ *et imposuit*, quod descendit a rad. وَضَعَ *posuit*, *collocauit* tanquam 3. person. singul. masc. Futuri Coniug. I. collat. §. 46. II, 2. §. 50. II, 3. hoc loco ponitur in singulari; licet verbum praecedens يختاروا *eligent* a rad. خَارَ *bene habuit*, et in Coniug. VIII. ex qua hoc formatur, *elegit*, nec non verba sequentia *benedicent* siue ordinabunt, et *creabunt* siue instaurabunt, adhibeantur in plurali. Et seruato interpunctionis signo, ac verborum arabicorum ordine, haec ita possunt verti: *vtque imponerent vndecim Presbyteri reliqui manus suas capiti eius, et eum ordinarent; vtque instaurarent eum in Patriarcham.* Vbi de vocabulo قسيس, quod hoc loco occurrit, vel قَسّ siue قِسّ quod in sequentibus vsurpatur, notandum est, illud denotare *seniorem*, *presbyterum*, seu *senem*;

 sicut

ſicut Chald. et Syriac קשישא. Subſtituitur quidem eadem vox pro eo quod Graece et Latine eſt Epiſcopus, tum in Syri tum in Arabis, qui Syrum imitatur, noui teſtamenti verſione v. g. Philipp. 1, 1. 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 7. tametſi habeant etiam alibi verſiones illae verbum ipſum Epiſcopi ex Graeco in idiomata illa detortum. Sed manifeſtum eſt, Eutychium heic Presbyteros intelligere, quatenus ab Epiſcopis fuerint diſcriminati; cum et tunc et per ſecula aliquot inſequentia nullum velit fuiſſe per Aegyptum, praeter Patriarcham Alexandrinum, Epiſcopum.

8) Vocabulum Arabicum يَزُلْ *deſinet*, quod deducendum eſt a rad. زَالَ et زَوَلَ *dimouit* e loco, *ceſſauit*, *defecit*, *deſiit*, tanquam 3. perſon. ſingul. maſcul. Futur. Coni. I. pro يَزُولُ collat. §. 41. III. obſ. 2. §. 47. I, 2. §. 57. obſ. 1. *a.* et obſ. 2. ob particulam praecedentem لَمْ recte vertitur in Praeterito §. 75. II, 1. Et vt tum Patriarchae *Alexandri* heic nominati, tum aliorum, quorum poſtea fit mentio, tempora rite, iuxta *Eutychii* mentem, intelligantur, patriarcharum Alexandrinorum laterculum ab *Hanania* primo vsque in *Alexandrum* hunc, ex iisdem, vnde Origenes hae deſumuntur, codicibus exhibuit *Seldenus* in Comment. p. 67. Annos cuiuslibet ipſorum tum initiorum tum praefectu-

rae durationis, iuxta Caesarum annos, inde item adiecit, sed et vulgares aerae Christianae, vt facilius Lectori agnoscantur, simul interseruit. De nominibus istorum autem 318. Episcoporum, et aliis quae circa celebratissimum illud Concilium Nicaenum notanda sunt, prolixe egit *Seldenus* p. 70. sqq.

9) In vocabulo يجتمعوا apud *Seldenum* ex vitio typographico ح pro ج extat. Illud enim a radice جمع *collegit*, *congregauit*, in VIII. *congregatus fuit*, *conuenit eodem loco*, deducendum est tanquam 3. person. plural. Futuri Coniug. VIII. collat. §. 57. Quod vero ad ipsa decreta *Alexandri* hic commemorata attinet; notandum est, quod decretum huiusmodi, etiam oecumenicum, habeatur in canone IV. synodi Nicenae primae, cui interfuisse Alexandrum hunc, quem decreuisse seu imperasse scribit Eutychius, sciunt omnes. Canon est: Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι κ. τ. λ. *Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt in Prouincia (episcopis.) constitui* etc. mirum adeo non est, Eutychium canonem illum seu decretum Alexandro decessori suo tribuere, quem non interfuisse solum ait sed et praefuisse synodo illi. Verba eius sunt: وكان رييس المجمع والمتقدم فيه الاسكندروس بطرك الاسكندرية

الاسكندرية واسطات بطريرك
انطاكية فمقاريوس اسقف بيت
المقدس ووجه سلبسطرس بطريرك
رومية من عنده قسيسين اسم
احدهما بقطر والاخر فيكينتيوس
فاتفقوا علي انفا اريوس واصحابه
ولعنوهم ولكل من يقول بمقالتهم

*Et Alexander princeps et praeses concilii, et Eustathius patriarcha Antiochenus, et Macarius episcopus Hierosolymitanus, et, quos misit vt legatos, Syluester patriarcha Romanus, Victor et Vincentius presbyteri, vnanimes in hoc consensere, vt excommunicarent Arium et sequaces eius, eosque et quotquot sententiae eorum adhaererent anathemate ferirent:* conf. Seldenus l. c. p. 129.

10) Textus arabicus est ad verba: *Et cucurrit res Episcopis in creando Patriarcha* i. e. deuenit per consuetudinem potestas creandi Patriarcham ad Episcopos, et per eos illa res administrata est.

11) Melius forsitan et rectius hoc comma verti poterit: *Et quod attinet ad eorum rogationem, ne Patriarcha Alexandrinus* Papa *vocitaretur; significat hoc vocabulum* Papa *auum.*

12) De vocabulo يدعوا, quod rectius sine ا scribitur ac legitur يُدْعَى, vide supra *adnot.* 2.

*adnot.* 2. p. 448. Ideoque totum comma nostrum hoc loco iterum verti potest: *Et profectus est Marcus Euangelista in Barcam, vt inuitaret homines ad fidem in Christum filium Dei*, siue in participio *inuitans* (vel *vocans*) *homines ad fidem*. §. 75. III. Id quod notandum erit denuo circa comma penultimum a fine huius fragmenti Eutychiani.

13) Nihil ex hoc loco contra Marci Euangelium Graece exaratum firmiter concludi potest. Sunt quidem, qui cum BARONIO T. I. annal. ad an. 45. n. 38. BELLARMINO Lib. 2. de verbo Dei Cap. 5. INCHOFERO in historia sacr. latinit. Lib. 5. Cap. 8. aliisque nonnullis, Marci euangelium primitus scriptum esse latine, asserunt, quos recentiori aetate secutus est notissimus Cancellarius Halensis de LVDEWIG *in den Hallischen Anzeigen* 1742. Sed sicut huncce refutauit BAVMGARTENIVS in *Vindic. Textus Gr. N. T. contra Harduinum*, ita contra illos conferri potest RICHARD SIMON in *histor. Critic.* N. T. cap. XI. MAIVS in *Examine histor. critic. Simon.* Cap. XI. §. 7. p. 135. MILLIVS in *Prolegom. ad N. T.* p. III. PFEIFFER in *Critica sacr.* Cap. 3. Sect. 2. quaest. XI. RVMPAEVS in *Commentat. critic. ad Libros N. T.* p. 86. ERNEST. CHRIST. SCHROEDERVS in *Diss. de lingua Marci authentica* Wittemb. 1702. Et SELDENVS in Commentar. suo ad h. l. apud Arabes per linguam Romanam etiam

Graecam intelligi posse, exinde ostendit, quod روم *Rom* tum pro *Romania*, quae Graeciam et Europaeam et Asiaticam complectitur, tum pro omni eo quod imperium orientale vocitatur, apud illos vsurpari solet. Et pro hac Seldeni interpretatione per linguam Romanam necessario non intelligitur lingua Latina, quam nos vocamus Romanam. Attamen hoc etiam tacere nolo, quod eruditissimus mihique longe carissimus amicus data occasione contra hanc sententiam monuerit: *Lingua Romana ist wohl ohnstreitig lingua latina. Wenn Griechen nach dem VII. Saeculo das Wort* Romanus *gebrauchen, so meinen Sie freylich wohl damit ihr gebrochenes Griechisch. Wenn aber Leute aus Egypten oder Africa* Romanus *sagen, so meinen Sie damit das Lateinische.* Cui monito locum relinquere atque assentiri possumus, nec verissimae illi de Graeca Marci authentica lingua sententiae quicquam derogabimus, si verba praecedentia عن مرقص probe expendamus. Quia nimirum particula عن nullibi praepositionem *cum* exprimit, sed tanquam particula remouendi semper *a, ab, ex, supra,* significat; iste loquendi modus, *Petrus scripsit Euangelium Marci* عن مرقص *a Marco* indicat, quod ad relationem Marci, siue secundum Marcum Petrus scripserit Euangelium Marci, ita vt Marcus Petro auctor fuerit relationum in isto Euangelio a se perscriptarum. Pro hac igitur expositione Eutychius

tychius innuére voluit, quod Petrus Euangelium Marci lingua graeca certissime scriptum secundum Marcum exarauerit et Romae in Romanam linguam transtulerit. Atque sic ex hoc loco Eutychiano iterum certo probari nequit, quod ipse Marcus Euangelium suum latine scripserit.

14) Verba illa *sed attribuit illud Marco* codici Antiocheno desunt. Euangelium hoc autem tam Petri quam Marci euangelium dici res notissima est, et HIERONYMVS in Catalog. script. refert: *sed et euangelium iuxta Marcum, qui auditor Petri et interpres fuit, Petri dicitur.* Adponam hac de re testimonium PRITII, qui in Introduct. in lection. N. T. Cap. 13. p. 168. edit. Hofm. de Marco, *historiam suam*, inquit, *euangelicam Romae a Christianis rogatus composuit; quam perlegens Petrus, vt et post Eusebium, Sophronius memorat, sua auctoritate comprobat; volebatque, vt in conuentibus ipsorum solennibus publice legeretur; ea vero, quia ex Petri concionibus vt plurimum erat confecta, et Petri euangelium solebat nuncupari.* Vbi nota additur: *Eusebius L. II. Cap. 15. haec ex Clementis hypotyposeon libro sexto retulit: sed quam caute sint accipienda, Simonii audacia docuit, qua Marco omnem diuinum afflatum omneque diuinum mandatum inde abivdicare annisus est. vid. Maius in examine hist. crit. N. T. c. 10. p. 125.* Et celeberr. HOFMANNVS l. c. p. 169. scribit: „Ortum haec fabula debet rumori,

Marcum omnia non modo nutu Petri scripsisse et egisse: sed et Petrum huic euangelio testimonium perhibuisse ecclesiisque commendasse, Marcumque Petri scripturae genus breue et concinnum imitatum fuisse, teste Chrysostomo: Quid ergo facilius, quam vt discipuli historia, tantopere a magistro laudata et comprobata, ab ipso magistro apud rerum ignaros nomen nancisceretur. Caeterum 1) inscriptio euangelii per omnia secula seruata, Marco ceu vero auctori historiam hanc euangelicam vindicat. 2) Patres primorum seculorum studiose errorem annotant, et immerito Petrum auctorem allegari obseruant. 3) Nec vlla adest ratio, quae intercedat, quare Petro, non Marco, tribuendus sit liber: tamdiu enim valet constans et perpetuum ecclesiae de libro testimonium, donec grauis, cur non valeat, causa afferatur. 4) Imo, in ipsa historia euangelica a Marco exarata reperiuntur, quae Marcum produnt Petri discipulum, Petri interpretem, Petri sectatorem: quo refero accuratam Petrinae abnegationis relationem, stili Petrini concinnitatem, etc. 5) accedit testimonium Iohannis euangelistae, apud Eusebium L. 3. c. 24. 6) Nec non Porphyrii, qui dum in Marci euangelio quaedam obelo notat, ipsius antiquitatem auctoremque confirmat. „

15) In codice Antiocheno heic legitur: وكتب لوقا الانجيل بالرومية لرجل

لرجل شريف من عظماء الروم *et*
*scripsit Lucas euangelium Romana lingua ad virum nobilem ex magnatibus Romaniae.* Et exinde confirmari potest interpretatio SELDENI in nota praecedente 13. sub fin. commemorata, quam de nomine *Romani* et *Romaniae* suppeditauit; quia Lucam Graece scripsisse nemo vnquam vocauit in dubium.

## B) SPECIMEN BIBLICVM E NOVO TESTAMENTO 1).

الصحاح السادس (متي)

احذروا الا (2 تصنعوا رحمتكم (3 قدام
الناس لكي تنظروا منهم (4 * والا
(5 فليس لكم اجر عند ابيكم
الذي في السموات ✲ ٢ وانا صنعت
صدقة (6 فلا تضرب قدامك بالبوق *

*Caput sextum (Matthaei.)*

1 Cauete, ne exerceatis misericordiam vestram coram hominibus, vt spectemini ab eis; certe enim tunc non erit vobis merces apud patrem
2 vestrum qui *est* in coelis. Quum igitur facies eleemosynas, ne clangas ante te buccina, sicut clan-

كما تصنع المراوون في المجامع والاسواق (7 *
لكي يُمَجَّدوا من النّاس (8 * الحقّ (9
اقول لكم لقد اخذوا اجرهم * ٣ وانت
اذا صنعت رحمةً فلا تعلم شمالك ما
تصنع (10 يمينك * ٤ لتكن (11 صدقتك
في خفية * وابوك الّذي يرى (12 في
الخفيّة هو يجازيك في علانية ۞
٥ واذا صليت فلا تكن (13 كالمرائين *
لانّهم يحبّون ان يصلّوا قياماً (14
في المجامع وفي زوايا الازقّة ليظهروا
للنّاس * الحقّ (15 اقول لكم * انّهم قد
اخذوا اجرهم ۞ ٦ وانت اذا صلّيت

clangunt hypocritae in ſynagogis et vicis, vt
glorificentur ab hominibus: Profecto dico vobis,
3 iam receperunt mercedem ſuam. Et tu quum
exercebis miſericordiam, neſciat ſiniſtra tua quod
4 facit dextera tua. Vt ſit eleemoſyna tua in oc-
culto; et pater tuus qui adſpicit occultum, is red-
5 det tibi in propatulo. Et quum precaberis, ne
eſto ſicut hypocritae, quoniam amant orare
ſtantes in ſynagogis et in angulis platearum, vt
appareant hominibus; profecto dico vobis, illi
6 ipſi iam receperunt mercedem ſuam. Tu vero,
quum

فادخل الي (16 مخدعك واغلق بابك*
وصلّ لابيك الذي في (17 السرّ* وابوك
الذي (18 يري في السرّ يعطيك (19
علانيةً ۞ ٧ واذا صلّيتم فلا تكثروا
الكلام كالامميين (20* لانّهم (21 يظنّون
انّ (22 سيُسمع لهم بكثرة كلامهم ۞
٨ فلا تتشبّهوا بهم* لانّ اباكم عالم
بما تحتاجون اليه* قبل ان تسألوه (23*
٩ . فهكذا (24 صلّوا انتم* يا ابانا الذي في
السموات* ليتقدّس (25 اسمك * ١٠ لتأت

quum precaberis, introito in conclaue tuum et
claude oſtium tuum, et precare patrem tuum
qui in occulto *eſt;* et pater tuus qui adſpicit oc-
7 cultum, reddet tibi manifeſte. Et quum preca-
bimini, ne multiplicetis verba ſicut ethnici, hi
enim putant nimirum, fore vt exaudiantur per
8 multitudinem verborum ſuorum. Ne ergo imi-
temini illos; quoniam pater veſter nouit illud
9 cuius indigetis, antequam petatis illud. Sic au-
tem orate vos: *O pater noſter qui es in coelis*
10 *ſanctificetur nomen tuum! Adueniat regnum tuum,*
*fiat*

26) ملكوتك * لتكن (27 مشيئتك كما في

السماء وعلي الارض ✿ ١١ خبزنا

كفافنا (28 اعطنا اليوم ✿ ١٢ واغفر

لنا ما علينا * كما نغفر نحن ايضا (29

لمن لنا عليه ✿ ١٣ ولا تدخلنا الي (30

التجربة * لكن نجنا من الشرير *

لان (31 لك هو الملك والقوة والمجد الي

الابد * امين ✿ ١٤ فان غفرتم للناس

هفواتهم (32 * يغفر ايضا (33 لكم

ابوكم السماوي ✿ ١٥ وان لم تغفروا

*fiat voluntas tua, ſicut in coelo etiam in terra!*
11 *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie!*
12 *Et remitte nobis debitum noſtrum, ſicut remitti-*
13 *mus nos etiam illi qui nobis debet. Et ne nos in-*
*ducas in tentationem, ſed libera nos a malo, quia*
*tuum eſt regnum, et potentia et gloria, in ſem-*
14 *piternitatem. Amen.* Si enim remiſeritis homi-
nibus delicta eorum, remittet etiam vobis pater
15 veſter coeleſtis. Sin autem non remiſeritis ho-
minibus delicta eorum, neque pater veſter re-
mittet

للنّاس هفواتهم (34 * ولا ابوكم (35 يغفر
لكم هفواتكم * ١٦ واذا صمتم فلا
تكونوا معبسين (36 كالمرايين * لانّهم
يعبسون وجوههم (37 ليظهروا للنّاس
صايمين (38 * الحقّ (39 اقول لكم *
انّهم (40 قد اخذوا اجرهم * ١٧ امّا (41
انت اذا صمت * فادهن راسك * واغسل
وجهك * ١٨ لئلّا تظهر للنّاس صايمًا (42
لكن لابيك الّذي في السّر (43 * وابوك
الّذي يرى في السّرّ (44 يجازيك
علانية * ١٩ لا تكنزوا لكم كنوزًا

16 mittet vobis delicta veftra. Cum autem ieiu-
natis, ne fitis auftero vultu ficut hypocritae;
hi enim aufteras praebent facies fuas, vt appa-
reant hominibus ieiunantes. Profecto dico vo-
bis, illi certe iam receperunt mercedem fuam.
17 Tu autem quum ieiunas, vnge caput tuum et
18 laua faciem tuam. Vt ne adpareas hominibus
ieiunans, fed patri tuo qui in occulto eft. Et
pater tuus qui afpicit in occulto, reddet tibi
19 palam. Ne colligatis vobis thefauros in terra,
vbi

في الارض * وحيث الاكلة والسوس
يفسد (٤٥ * وحيث السارقون ينقبون
ويسرقون (46 * ٢٠ لكن اكنزوا لكم
كنوزًا في السماء * حيث لا اكلة
ولا سوس يفسد (47 * وحيث (48 لا
ينقب السارقون ولا يسرقون * ٢١ لانه
حيث يكون كنزكم * فهناك يكون
ايضًا (49 قلبكم * ٢٢ سراج الجسد
هو (٥٠ العين * فان كانت عينك بسيطة *
فجسدك كله يكون نيرًا * ٢٣ وان
كانت عينك (٥١ شريرة * فجسدك كله

vbi tinea et eroſio corrumpit, et vbi fures per-
20 fodiunt et furantur. Sed colligite vobis theſau-
ros in coelo, vbi non tinea neque eroſio cor-
rumpit, et vbi non perfodiunt fures, neque fu-
21 rantur. Nam vbi eſt theſaurus veſter, illic erit
22 etiam cor veſtrum. Lucerna corporis eſt ocu-
lus: itaque ſi fuerit oculus tuus ſimplex, cor-
23 pus tuum totum erit lucidum. Sin autem ocu-
lus tuus fuerit malus, tunc corpus tuum totum
erit

يكون مظلماً * فان كان النور الذي
فيك ظلاما * فالظلام كم (52) هو *
٢٤ لا يستطيع احد ان يعبد ربين *
لانه اما (53 ان يبغض الواحد ويحب
الاخر * او يحب الواحد ويحتقر
الاخر * لا تقدروا ان تعبدوا الله
والمال * ٢٥ فلهذا اقول لكم * لا
تهتموا لانفسكم (54 * بما تاكلون
وبما تشربون * ولا لاجسادكم * بما
تلبسون (55 * أليست النفس افضل
من الطعام * والجسد من اللباس *

erit tenebricoſum: ſique *lumen illud* quod apud
te eſt, tenebrae ſunt; quantae tunc ipſae tene-
24 brae erunt? Non poteſt quisquam ſeruire duo-
bus dominis: Certe enim aut odio habebit vnum
et diliget alterum; aut honorabit vnum et
contemnet alterum. Non poteſtis ſeruire
25 Deo et diuitiis. Propterea dico vobis, ne
ſitis ſoliciti de animabus veſtris quid eſuri
ſitis aut quid bibituri: neque de corpori-
bus veſtris, qua re ſitis induendi. Nonne eſt
anima praeſtantior alimento, et corpus (prae-
Gg ſtantius)

٢٦ انظروا الى طيور (56 السمآء *
فانها لا تزرع * ولا تحصد * ولا
تخزن في الاهرآء * وابوكم السماوي
يقوتها * أليس (57 انتم بالحري افضل
منها ۞ ٢٧ من منكم اذا اهتم *
يقدر ان يزيد شيئا على قامته ذراعا
واحدا ۞ ٢٨ فلماذا تهتمون باللباس *
اعتبروا بسوسن (58 الحقل كيف ينمو *
لا يتعب ولا يغزل (59 ۞ ٢٩ واقول (60
لكم * انه ولا (61 سليمان في كل مجده
لبس كواحدة منها ۞ ٣٠ فان

26 ſtantius) veſtimento? Conſiderate volatilia coe-
li: non enim ferunt, neque metunt, neque con-
gregant in horrea; et pater ille veſter coele-
ſtis alit illa. Nonne vos multo praeſtantiores
27 eſtis illis? Quisnam ex vobis, licet curam ad-
hibeat, poteſt adponere ad ſtaturam ſuam cu-
28 bitum vnum? Et quare ſoliciti eritis de veſtitu?
ſumite exemplum de liliis agri, quomodo creſ-
29 cant; non fatigantur, neque nent. Attamen di-
co vobis, quod ne Salomo quidem in omni glo-
30 ria ſua amictus fuerit ſicut vnum ex illis. Si
ergo

كان عشب (62 الحقل الذي يوجد (63
اليوم وفي غد يطرح في التنور
يلبسه الله هكذا * ألبس بالحري
كثيرا (يلبسكم) انتم (64 * يا
قليلي الايمان ✡ ٣١ فلا تهتموا
انا (65 * قايلين * ماذا ناكل او (66 ماذا
نشرب * او (67 ماذا نلبس ✡ ٣٢ لان (68
هذه كلها تطلبها الامم * لان (69
اباكم السماوي يعلم انكم تحتاجون
الي هذه كلها (70 ✡ ٣٣ بل (71
اطلبوا اولا ملكوت الله وبره (72 *

ergo herbam agri, quae exiſtit hodie et cras
coniicitur in clibanum, veſtiebat Deus ita;
nonne multo magis vos (veſtiet vos)? o parui
31 fide! Ne igitur ſitis ſoliciti nunc, dicentes:
quid edemus, aut quid bibemus, aut quo ami-
32 ciemur? Nam iſta omnia requirunt gentes; ve-
ſter enim pater coeleſtis nouit, quod vos indi-
33 geatis iſtis omnibus. Sed quaerite primum
*regnum Dei, et iuſtitiam eius;* ſicque omnia iſta

وهّذه كلّها تُزاد لكم 73) * كرم لا

تهتمّوا إذاً 74) للغد * لانّ الغد 75)

يهتمّ بشانه * فيكفي اليوم 76) شرّه ۞ ..

34 adiicientur vobis. Ne soliciti sitis iam de crastino, quia crastinus ille (dies) solicitus erit de rebus suis. Sufficit illi diei malum suum.

## ADNOTATIONES.

1) Desumtum est specimen hoc ex illo testamento Arabico, quod *Societas de propaganda cognitione* Christi *apud exteros* per SALOM. NEGRI Londini edendum curauit in med. 4. 2½ Alphab. Titulus huius testamenti Arabici, cuius mentio fit in Actis historico-ecclesiasticis Vinar. Vol. 5. p. 901. et Volum. 9. p. 449. quodque describitur in b. BAVMGARTENII *Nachricht von merkwürdigen Büchern* partic. 16. Volum. 3. p. 283. sqq. si figuras maiores in se inuicem diductas atque inflexas ibi adhibitas omittere volumus, hic est: العهد الجديد

لربّنا يسوع المسيح وايضًا وصايا الله

العشر كما في الاصحاح العشرين

من سفر الخروج طبع في سنة

* ١٧٢٧ مسيحيّة i. e. *Testamentum nouum domini nostri Iesu Christi, itemque praecepta Dei decem,*

*decem, prouti in capite vigesimo Exodi* extant. *Impressum anno christianae aerae* 1727. Et ex hoc testamento, propter numerorum indolem iam supra p. 7. nominato, specimen nostrum addidi, vt appareat, quantopere illud a versione arabica noui testamenti in Bibl. polyglott. Anglican. obuia discrepet.

2) Loco horum duorum vocabulorum إِحْذَرُوا أَلَّا *cauete ne*, a rad. حَذِرَ cauit, in Bibl. polygl. comparet أَنْظُرُوا لَا *obseruate ne*, a rad. نَظَرَ *custodem et obseruatorem egit.*

3) Pro hoc vocabulo رحمتكم *misericordiam vestram*, a nomine رَحْمَةٌ et رُحْمَةٌ *misericordia*, in Bibl. polygl. legitur مَرَاحِمَكُمْ *misericordias vestras*, a nomine plurali مَرَاحِمُ cuius singularis est مَرْحَمَةٌ §. 33. A. VI. 2. et obs. 1.

4) Loco trium horum vocabulorum لِكَيْ تُرَوْا مِنْهُمْ, quorum medium est a rad.

 رَأَى

مَرْأَيِ *vidit* 2. perſ. plural. maſcul. Futur. Coni. I. in paſſiuo, pro تُرْأَيُونَ collat. §. 48. II, 1. β. §. 49. II. not. 1. א. γ. litt. l. §. 57. et obſ. 1. α. in Bibl. polygl. comparet كَيْ يَرَوْكُمْ *vt videant vos;* et totum hoc comma ibi vertitur: *Videte ne faciatis miſericordias veſtras coram hominibus quatenus ſpectent vos: alioquin non erit merces apud patrem veſtrum qui in coelis eſt.*

5) Vocula haec وَإِلَّا *et certe* in Bibl. polyglot. abeſt.

6) Hoc nomen صَدَقَةً, cuius nominatiuus eſt صَدَقَةٌ, conuenit cum Ebr. צְדָקָה, et ſignificat *quicquid datur Deo ſacrum*, *decimas*, et *eleemoſynas*. Et in Bibl. polyglott. pro eo legitur رَحْمَةً *miſericordiam*.

7) Vocabulo huic in Bibl. polyglott. iterum praemittitur فِي, ibidemque legitur وَفِي ٱلْأَسْوَاقِ *et in plateis*.

8) Loco quatuor horum vocabulorum لِكَيْ يُمَجَّدُوا مِنَ ٱلنَّاسِ *vt glorificentur ab homini-*

*hominibus*, in Bibl. polyglott. haec tria tantum comparent كَيْ يُمَجِّدَهُمُ ٱلنَّاسُ *vt glorificent eos homines.*

9) Pro hoc vocabulo أَلْحَقَّ a nominatiuo حَقٌّ *verum et iustum*, quod alias etiam exprimitur بِٱلْحَقِّ itemque لَلْحَقّ et حَقًّا *profecto*, in Bibl. polyglott. extat آمِينَ *amen*, de quo conf. supra p. 267. not. 8.

10.) Pro futuro hoc تَصْنَعُ *faciet*, *exercebit*, in Bibl. polyglott. comparet praeteritum صَنَعْتَ.

11) Pro duobus his vocabulis لِتَكُنْ صَدَقَتُكَ *vt sit eleemosyna tua* in Bibl. polyglott. legitur لِتَكُونَ صَدَقَتُكَ.

12) Loco horum vocabulorum يَرَى فِي ٱلْخَفِيَّةِ هُوَ يُجَازِيكَ فِي عَلَانِيَةٍ *aspicit occultum, is reddet tibi in propatulo*, in Bibl. polyglott. legitur يَرَى ٱلْخُفْيَةَ يُجْزِيكَ عَلَانِيَةً.

 13) Pro

13) Pro duobus verbis singularibus صَلَّيْتَ et تَكُنْ in Bibl. polyglott. legitur in plurali صَلَّيْتُمْ et تَكُونُوا *oratis* et *sitis*.

14) Loco quinque vocabulorum horum لِأَنَّهُمْ يُحِبُّونَ أَنْ يُصَلُّوا قِيَامًا *quo-quoniam amant orare* (§. 79. I.) *stantes*, in Bibl. polyglott. legitur ٱلَّذِينَ يُحِبُّونَ ٱلْقِيَامَ *qui amant stare*, et in sequentibus vocabulo ٱلأَزِقَّةِ ibidem additur يُصَلُّونَ h. m. qui amant stare in synagogis et in angulis platearum *orant*, vt appareant hominibus.

15) Pro vocabulo hoc ٱلْحَقَّ *profecto* in Bibl. polyglott. iterum apparet آمِينَ sicut antea adnot. 9.

16) Particula haec ٱلَّتِي in Bibl. polyglott. deficit, e contrario autem post vocabulum بَابَكَ ibidem additur عَلَيْكَ *super te*.

17) Duae hae voces ٱلَّذِي فِي *qui in* in Bibl. polyglott. desunt, et nomen sequens ٱلسِّرِّ

ibidem

ibidem legitur سَرًّا, quod adverbialiter ſumitur §. 84.

18) In Bibl. polyglott. iterum non ſolum hoc pronomen ٱلَّتِي ſed etiam particula ſequens فِي deſunt.

19) Vocabulo huic يُعْطِيكَ in Bibl. polyglott. praemiſſa eſt particula وَ.

20) Vocabulum hoc كَٱلْأُمَمِيِّينَ *ſicut gentiles* eſt nomen plural. genitivi caſus cum praefixo artic. أَلْ et particula كَ, a ſingulari أُمَمِيّ §. 33. B. II, 2. §. 38, 2. §. 50. II, 3. et obſ. §. 14. I. Quod nomen ſingulare peculiare quid habet, et tanquam nomen nominale a nomine أُمَم *populi*, *gentes*, inflectitur §. 30. II. 3, 1. In Bibl. polyglott. loco iſtius comparet كَٱلْوَثَنِيِّينَ a ſingulari وَثَنِيّ *ethnicus*, *idololatra*.

21) in Bibl. polyglott. legitur وَأَنَّهُمْ.

22) Pro hac particula إِنْ vel أَنَّ in Bibl. polyglott. comparet إِنْ.

 23) In

23) In Bibl. polyglott. additur adhuc إِيَّاهُ *ab eo.*

24) Loco praefixi ف in hoc vocabulo فَكَذَا in Bibl. polyglott. compareret و, et pro imperatiuo sequenti صَلُّوا adest futurum تُصَلُّوا.

25) In Bibl. polyglott. sine praefixo لِ legitur يَتَقَدَّسْ.

26) In Bibl. polyglott. iterum sine praefixo ل legitur تَأْتِي *veniet*, a rad. أَتَى collat. §. 43. obs. 1. §. 48. I, 2. §. 49. I, 3. Quod vero futuris praesens subiunctiui exprimentibus apud Arabes praefigi soleat لِ, ex §. 74. II. et III. patet, sicut apud Chaldaeos eiusmodi ל futuris etiam praemittitur.

27) لِتَكُنْ *fiat*, est a rad. كَانَ *fuit, factus est*, 3. pers. singul. femin. Futuri Conj. I. cum praefixo ل collat. §. 47. I, 1. §. 50. II, 1. §. 57. et obs. 1. *a.* it. obs. 2. Sed in Bibl. polyglott. iterum sine ل legitur تَكُونُ.

28) Vocabulum كَفَافٌ significat *partem victus aut sustentaculi sufficientem*, per quam a rogan-

rogandis hominibus abstineri potest, a rad. كَفّ in Coni. V. et X. *exporrecta manu rogavit*, manum *extendit eleemosynae causa*. In Bibl. polyglott. autem legitur خُبْزَنَا ٱلَّذِي لِغَدٍ *panem nostrum ad crastinum* a nomine غَدٌ *posterus, crastinus dies*.

29) Vocabulum hoc أَيْضًا *etiam, iterum*, in Bibl. polyglott. deficit.

30) Particula إِلَي in Bibl. polyglott. deest, et loco nominis sequentis ٱلتَّجْرِبَةِ ibi legitur in plurali ٱلتَّجَارِبِ.

31) Quae hic incipit doxologia, in Bibl. polyglott. deficit tota.

32) Vocabulum هَفَوَاتِهِمْ est nomen plur. هَفَوَاتٌ e singulari هَفْوَةٌ a rad. هَفَا *hallucinatus lapsusue fuit*. Et in Bibl. polyglott. pro illo legitur خَطَايَاهُمْ *peccata eorum*.

33) Particula haec أَيْضًا *etiam, iterum*, in Bibl. polyglott. deest, sed ibidem e contrario in fine versus additur خَطَايَاكُمْ.

34) Hoc

34) Hoc vocabulum in Bibl. polyglott. deest, et pro vltimo هغفواتكم ibi legitur خَطَايَاكُمْ.

35) In Bibl. polyglott. vocabulo huic additur ألسَّمَايِيّ *coelestis.*

36) Vocabulum hoc مُعَبِّسِينَ *austere contrahentes vultum* in Bibl. polyglott. deficit.

37) In Bibl. polyglott. additur hoc loco وَيُغَبِّرُونَهَا *et immutant eas.*

38) In Bibl. polygl. legitur لِيُظْهِرُوا لِلنَّاسِ صِيَامَهُمْ vt ostentent hominibus ieiunium suum.

39) Pro vocabulo hoc أَلْحَقّ sicut supra n. 9. et 15. in Bibl. polyglott. comparet أَمِينَ.

40) Vocabulum hoc أَنَّهُمْ in Bibl. Polyglott. deficit, et loco vocis sequentis قد ibi legitur تَغَدْ.

41) Pro hoc nostro أَمَّا أَنْتَ *sed tu*, in Bibl. polygl. legitur tantum وَأَنْتَ.

42) Loco

42) Loco textus nostri لِيَلَّا تَظْهَرَ لِلنَّاسِ صَايِمًا *vt ne adpareas hominibus ieiunans*, in Bibl. polyglott. legitur لِيَلَّا يَظْهَرَ لِلنَّاسِ صِيَامُكَ *vt ne adpareat hominibus ieiunium tuum.*

43) Pro اَلَّذِي فِي اَلسِّرِّ *qui est in secreto*, in Bibl. polygl. legitur عَالِمِ اَلسِّرِّ *conscio secreti.*

44) Pro يَرَي فِي اَلسِّرِّ *videt in occulto*, in Bibl. polyglott. legitur يَرَي اَلسِّرَّ *videt occultum*, et vocabulum nostrum vltimum عَلَانِيَةً *palam* ibidem deficit.

45) Loco verbi nostri singularis يُفْسِدُ *corrumpet*, in Bibl. polyglott. comparet pluralis يُفْسِدُونَ *corrumpent.*

46) Loco horum quatuor vltimorum vocabulorum وَحَيْثُ اَلسَّارِقُونَ يَنْقُبُونَ وَيَسْرِقُونَ

et

*et vbi fures perfodiunt ac furantur*, in Bibl. polyglott. legitur: وَٱلسَّارِقُونَ يَتَحَيَّلُونَ فَيَسْرِقُونَ *et fures industrie laborant* siue technam struunt, *ac furantur*.

47) Loco verbi singularis يُفْسِدُ iterum vt antea n. 45. in Bibl. polygl. comparet verbum plurale.

48) Vocabulum hoc حَيْثُ et in sequentibus particula وَلَا in Bibl. polyglott. deficiunt, atque ibidem tantum legitur: وَلَا يَنْقُبُ ٱلسَّارِقُونَ فَيَسْرِقُونَ *neque effodiunt fures et furantur*.

49) Particula haec أَيْضًا *etiam* in Bibl. polyglott. abest.

50) Hoc pronomen هُوَ in Bibl. polyglott. deficit.

51) Vocabulum hoc عَيْنُكَ abest in Bibl. polyglott.

52) Loco huius vocabuli كَم in Bibl. polyglott. legitur مَا هُوَ *quaenam erunt tenebrae?*

53) Pro

53) Pro duobus hisce vocabulis لِأَنَّهُ أَمَّا in Bibl. polyglottis legitur إِلَّا.

54) Loco huius vocabuli لِأَنْفُسِكُمْ *de animabus vestris*, in Bibl. polyglott. comparet لِنُفُوسِكُمْ *de animabus vestris*.

55) Pro plurali hoc تَلْبَسُونَ in Bibl. polyglott. adest singularis تَلْبَسْ,

56) Loco horum vocabulorum أَنْظُرُوا إِلَي طُيُورِ *considerate volatilia* in Bibl. polyglott. legitur تَأَمَّلُوا طُيُورَ *contemplamini volatilia*.

57) Pro hoc vocabulo أَلَيْسَ *annon*, in Bibl. polyglott. comparet أَفَلَا *annon enim?* §. 84. II, 4.

58) Pro hoc vocabulo بِسَوَاسِنِ a singulari سَوْسَن, in Bibl. polyglott. comparet بِزَهْرِ *de floribus*. Et pro sequenti لَا ibidem cum praefixo legitur وَلَا.

59) Pro

59) Pro vocabulo hoc يغزل in Bibl. polyglott. comparet يَعْمَلُ *laborat.*

60) In Bibl. polygl. sine praefixo legitur أَقُولُ *dicam.*

61) Pro أنّه ولا in Bibl. polygl. tantum comparet أَنَّ; et in sequentibus pro لبِسَ ibidem legitur لَمْ يَلْبَسْ.

62) Loco huius vocabuli عُشْبُ *herba, gramen*, in Bibl. polygl. adest زُهُرُ *flos.*

63) Pro يُوجَدُ, quod est futurum passiui Coni. I. a rad. وَجَدَ *inuenit, deprehendit*, in Bibl. polygl. adest يَكُونُ *existit.*

64) Loco quinque horum vocabulorum in Bibl. polygl. legitur فَكَمْ أَنْتُمْ أَحْرَي *et quanto vos magis?*

65) Particula haec in Bibl. polyglott. abest, et pro vocabulo sequente ibidem legitur وَيَقُولُوا *ac dicetis.*

66) Haec

66) Haec particula in Bibl. polygl. abest, et vocabulum sequens legitur cum praefixo وَمَا نَا.

67) Particula haec iterum abest in Bibl. polygl. et vocabulum sequens ibidem legitur وَمَا نَا.

68) Haec particula in Bibl. polygl. deficit, vocabulum sequens ibidem legitur هَذَا, et post vocabulum الاسم, additur البَرَّانِيَّة extraneae.

69) Particula haec in Bibl. polyglott. deficit, et vocabulum sequens ibidem cum praefixo و legitur وَأَبُوكُم.

70) Pro duobus his vltimis vocabulis in Bibl. polyglott. legitur هذا بالجمعه istis vniversis.

71) Particula haec بَلْ sed, quinimo, in Bibl. polygl. non extat.

72) In hoc vocabulo Tesdid super ب ex vitio typographico adparet, et in Bibl. polyglott. recte legitur sine illo وَبِرَّه et iustitiam tuas à بر iustitia.

73) Loco quatuor horum vltimorum voca- bulorum in Bibl. polyglott. legitur وَعَمَلًا كُلَّهُ تُزَادُونَهُ. Formatur autem nostrum تُزَادُ adiicietur a rad. زَادَ adiecit, auxit, tanquam 3. perſ. ſing. femin. Futuri Coni. VIII. in paſſiuo, pro تُزْتَيَدُ collat. §. 41. III. obſ. 4. et §. 47. I, 1.

74) Particula haec إِنَّ in Bibl. polygl. abeſt.

75) Loco horum vocabulorum لِأَنَّ ٱلْغَدَ in Bibl. polyglott. legitur فَٱلْغَدُ *et craſti- nus ille.*

76) Pro hiſce duobus vocabulis in Bibl. po- lyglott. comparent tria iſta وَيَكْفِي كُلَّ يَوْمٍ *et ſufficit cuilibet diei.* Quod tamen noſtris etiam duobus vocabulis iam exprimitur, ſi ar- ticulus أَلْ, ſicut Ebr. ה articuli, diſtributiue ſumitur §. 49. VI, 1. *Interpr. Danzii.*

## C) ABI'L WALIDI EBN SAIDVNI RESALET SEV EPISTOLIVM.*)

رسالة ابن زيدون

اما بعد, ايها المصاب بعقله, المورط بجهله, البيّن سقطه, الفاحش غلطه, العاثر

Hh 2

---

* Totum hoc, quod iam sequitur, specimen *Ebn Saiduni Resalet* exhibens, debemus celeberrimo Lipsiensium philologo, IO. IACOBO REISKIO, viro in arabicis aeque ac graecis litteris versatissimo, cuius cura illud Lipsiae in officina gleditschiana 1755. 3. plagul. in 4. prodiit, sub tit. *Abi'l Walidi Ibn Zeiduni Risalet seu Epistolium arabice et latine cum notulis edidit I. I. Reiske.* Quumque paulo abhinc tempore litteris meis ad virum laudatum missis ex eo quaererem, an permissu illius fieri queat, vt libellus hic, qui, teste ipso Reiskio doctissimo, lepidus scitusque, et tam salibus, quam dictionis elegantia et floribus est commendabilis, Chrestomathiae meae arabicae insereretur; non solum beneuole consensit, sed simul pro amicitia sua ac humanitate singulari specimen Commentarii *Ebn Nobatak* ad Resalet *Ebn Saiduni* ad me misit, quod huic libello mox sub littera D. adiicietur. Libellus totus et arabice et latine, sicut a Reiskio editus est, plane immutatus apparet; sed ex praefatione, quatuor paginis illi praemissa, ea tantum hic adferam, quae de auctore libelli huius notanda sunt, reliquis ad scopum meum nihil facientibus omissis. Auctor est, *inquit* REISKIVS noster, ol Wezir Abul Walid Ahmed, filius Abdallae, filii Galebi, Ibn Zaidun, (id

العاكر في ذيل افترارة، العامي عن شمس نهارة، الساقط سقوط الذباب علي الشراب، المتهافت تهافت الفراش في الشهاب،

---

( id gentile nomen eſt ), Hiſpanus, celeber aetate ſua Cateb, (hoc eſt auctor terſae orationis proſae), et poeta, natus Corthobae A. 394. (A. C. 1004. aut 1005.). Initio comitem eum ſibi legerat regulus Corthobae, Abu'l Walid Ibn Gjahur. Sed obortis deinceps inter eos ſimultatibus fiebat, vt dominus noſtrum in carcerem coniiceret; vnde ad Abbadum filium Mohammadi, cognomine al Motadhadum dictum, regulum Hiſpalis, auffugit, qui eum ſui Weziri, ſeu comitis, vel magiſtri officiorum, aut Logothetae (ampliſſimi enim ambitus Weziri vocabulum eſt) ornauit dignitate: in qua rebus humanis exceſſit Hiſpali A. 463. (1070. aut 1071.). Reliquit elegantiſſima carmina, quorum in ſpecimen vnum verſum ex Raudh ol Achjar produxit, ſed parum feliciter Gallice reddidit, Herbelotus in Bibl. Orient. p. 926. Sententia illius verſus haec eſt: *quando ſecreta nobiscum diuidunt mentes veſtrae, parum abeſt quin pereamus prae moeſtitia. Sed conſtantia nos firmat.* Ab elegantia carminum cognomen *Bochtarii occidentalis* meruit. Reliquit praeterea hoc merito ſuo celebratum opuſculum *Riſalet*, aut *Reſalah*, vt Herbelot l. c. effert. Nomen hoc quamuis proprie epiſtolium ſignificet, vniuerſim tamen omnes libellos, cuiuscunque argumenti aut formae, deſignat. Quod manibus terimus opuſculum vtroque nomine dignum eo, quod gerit, nomine eſt.) nam et paruum eſt, et epiſtola, nomine alicuius puellae ſummo loco in Hiſpania

الشهاب، فان العجب اكذب، ومعرفة
المرء نفسه اصوب، وانك راسلتني
مستهديا من صلتي ما صفرت منه
ايدي امثالك، متصديا من خلتي
لما قرعت من دونه انوف اشكالك
مرسلا خليلتك مرتادة، مستعملا
عشيقتك قوادة، كاذبا نفسك انك
ستنزل عنها الي، وتخلف بعدها علي،
ولست باول ذي همة دعته لما ليس
بنايل، ولا شك انها قلتك ان لم
تضن بك، وملتك ان لم تغر عليك،



---

nia natae ad virum ſcripta, qui eam matrimonio ſibi adiungere ſtuduerat, ſed contemtum et repulſam tulerat. Exponit haec epiſtola quare puella ei renuntiet, ſuoque ſe de faſtigio ad proci humilitatem demittere nolit, contexta eſt alluſionibus ad hiſtorias arabicas, prouerbiis, dictis poetarum, vt teſſelatum aliquod opus mirifici artificii referre videatur. Viſa mihi fuit aliquid cum oratione 64. Dionis Chryſoſtomi commune habere, propterea quod ea oratio etiam exemplis e vetuſta hiſtoria petitis ſcatet. Illis in hiſtoriis Arabicis aliisque illuſtrandis, quae Ibn Zaidun tantummodo adumbrauit, occupatur commentator Ibn Nobatah.

فانها اعذرت في السفارة لك، وما
قصرت في النيابة عنك، زاعمة ان
المروة لغط انت معناه، والانسانية اسم
انت جسمه وهيولاه، قاطعة انك انفردت
في الجمال، واستاثرت بالكمال،
واستعليت في مراتب الجلال،
واستوليت على محاسن الخلال، حتى
خيّلت ان يوسف عليه السلام حاسنك
فغضضت منه، وان امراة العزيز راتك
فسيَّلت عنه، وان قارون اصاب بعض
ما كنزت، والنطف عثر على فضل ما
نخرت، وكسرى حمل غاشيتك، وقيصر
رعى ماشيتك، والاسكندر قتل دارا
في طاعتك، وازدشير جاهد ملوك
الطوايف بخروجهم عن جماعتك،
والضحاك استدعى مسالمتك، وجذيمة
الابرش تمنى منادمتك، وبلقيس
غايرت الزبا عليك، وشيرين نافست
بوران فيك، وان مالك بن نويرة
انما

انما ردف لك، وعروة ابن جعفر انما
رحل اليك، وكليب ابن ربيعة انما
حمي المرعي بعزتك، وجساسا انما قتله
بانفتك، ومهلهل انما اصاب ثاره
بهمتك، والسموال انما وفي عن عهدك،
والاحنف انما ارتدي في بردك، وحاتما
انما جاد بوفرك، ولقي الاضياف
ببشرك، وزيد بن مهلهل انما ركب
بفخذيك، والسليك ابن السلكة
انما عدا علي رجليك، وعامر ابن
مالك انما لاعب الاسنة بيديك،
وقيس بن زهير انما استعان بدهايك،
واياس بن معاوية انما استضاء بمصباح
ذكايك، وسحبان انما تكلم بلسانك
وعمرو بن الاهتم انما استحر
ببيانك، وان الصلح بين بكر
وتغلب تم برسالتك، والحمالات بين
عبس وذبيان استندت الي كفالتك،
وان احتيال هرم بعلقمة وعامر حتي

رضيا كان عن اشارتك، وجوابه لعمر (وقد ساله عن ايهما كان ينفر) وقع عن اشارتك، وان الحجاج تقلد ولاية العراق بجدك، وقتيبة فتح ماوراء النهر بسعدك، والمهلب انما انهب شوكة الازارقة بجدك، وان هرمس اعطي بليتوس ما اخذ منك، وافلاطون اورث ارسطاليس ما نقل عنك، وبطليموس سوي الاصطرلاب بتدبيرك، ووضع الكرة علي تقديرك، وبقراط علم العلل والامراض بلطف حسك، وجالينوس عرف طبايع الحشايش بدقة حدسك، وكلاهما ولدك في العلاج، وسالك عن المزاج، واستوصفك تركيب الاعضاء، واستشارك في الداء والدواء، وانك نهجت لابي معشر طريق القضاء، واظهرت جابر ابن حيان علي سر الكيميا، واعطيت النظام اصلا

اصلا ادرك به الحقايق، وجعلت
للكندي رسما استخرج به الدقايق
وان صناعة الالحان اختراعك، وتاليف
الاوتار والايقاع توليدك وابتداعك، وان
عبد الحميد ابن يحيي باري
اقلامك، وسهل بن هارون مدون
كلامك، وعمرو بن بحر مستمليك،
ومالك ابن انس مستغنيك، وانك
الذي اقام البراهين، ووضع القوانين،
وحد الماهية، وبين الكيفية والكمية،
وناظر في الجوهر والعرض، وميز الصحة
من المرض، وفك المعمي، وفصل بين
الاسم والمسمي، وضرب وقسم، وعدل وقوم،
وصنف الاسماء والافعال، وبوب الظرف
والحال، وبني واعرب، ونفي وتعجب،
ووصل وقطع، وثني وجمع، واظهر
واضمر، واستفهم واخبر، واهمل
وقيد، وارسل واسند، وبحث ونظر

وتضعف الاديان، ورجح بين مذهب
ماني وغيلان، واشار بذبح الجعدي،
وانك لو شيت خرقت العادات، وخالفت
المعهودات، فاحلت البحار عذبة، واعدت
السلام رطبة، ونقلت غدا فصار امسا،
وزدت في العناصر فكانت خمسا، وانك
المقول فيه كل الصيد في جوف الفرا،
وليس بمستنكر ان يجمع العالم في
واحد، والمعني بقول ابي تمام * فلو
صورت نفسك لم يزدها علي ما فيك
من شرف الطباع * والمراد بقول ابي
الطيب * ذكر الانام لنا فكان قصيدة
كنت البديع الفرد من ابياتها * فكدمت
غير مكدم، واستسمنت ذا ورم، ونفخت
في غير ضرم، ولم تجد لريح مهزا،
ولا لشفر محزا، بل رضيت من
الغنيمة بالاياب، وتمنيت الرجوع بخفي
حنين، لاني قلت لقد هان من
بالت عليه الثعالب، وانشدت * علي
الها

انها الايام، قد صرن كلها عجايب،
حتى ليس فيها عجايب * ونخرت
وتغيرت، وعبست وبسرت، وابدات واعدت،
وابرقت وارعدت، وهمت ولم افعل،
وكدت وليتني، ولو لا ان للجوار
ذمة، وللضيافة حرمة، لكان الجواب
في قذال الدمستق، والنعل حاضرة،
ان عادت العقرب، والعقوبة ممكنة
ان اصرّ المذنب، وهبها لا تلاحظك
بعين كليلة، عن عيوبك مليلة،
ملاوها حبيبها حسن فيها من
تود، وكانت انما حلتك بحلاك،
ووسمتك بسيماك، ولم تعزك شهادة،
ولا تكلفت لك زيادة، بل صدقت
سن بكرها فيما ذكرته عنك،
ووضعت الهنو مواضع النقب فيما
نسبته اليك، ولم تكن كاذبة فيما
اثنت به عليك، فالمعيدي تسمع به
خير

خير من ان نراه، هجين النغذال، ارعن السبال، طويل العنق والغدالة، مفرط الحمق والغباوة، وجاني الطبع سيي الاجابة والسمع، بغيض الهيئة سخيف الذهاب والجية، ظاهر الوسواس منتن الانفاس، كثير المعايب، مشهور المثالب، كلامك تمتمة، وحديثك غمغمة وبيانك فهفهة وضحكك قهقهة ومشيك هرولة، وغناك مسالة ودينك زندقة، وعلمك مخرفة * مساو ولو قسمن على الغواني لما امهرن الا بالطلاق * حتى ان باقلا موصوف بالبلاغة اذا قرن بك، وهبنقة مستوجب اسم العقل اذا اضيف اليك، وطويسا ماثور عنه يمن الطاير اذا قيس عليك، والاغتباط بك ندم، والخيبة منك ظفر، والجنة معك سقر، كيف رايت لومك لكرمي كفاء، وضعتك لشرفي وفاء،

وفناءٍ والتي جهلت أن الاشياء انما
تنجذب الي اشكالها، والطير انما
تقع علي الافها وهلا علمت ان الشرق
والغرب لا يجتمعان وشعرت ان المومن
والكافر لا يتقاربان، وقلت الخبيث
والطيب لا يستويان، وتمثلت * ايها
المنكح الثريا سهيلا، عمّرك الله
كيف يلتقيان؟ اني علق لا يباع فيمن
زاد، وطاير لا يصيده من اراد، وغرض
لا يصيبه الا من اجاد، ما احسبك الا
كنت قد تهيّات للتهنية، وترشحت
للترفية، لولا ان جرح العجماء جبار،
للقيت من الكواعب ما لاقي يسار، فما
همّ الا ببعض ما هممت، ولا تعرّض الا
لايسر ما تعرضت، اين ادعاوك رواية
الاشعار؟ وتعاطيك حفظ السير والاخبار؟
اما ثاب اليك قول الشاعر؟ بنو
دارم اكفاوهم ال مسمع وتنكح
في

في اكتافيها الخبطات * وهلا عسيت
ولم تغتر وما اشك ان تكون وافد
المراجم وترجع بصحيفة المتلمس
وافعل بك ما فعل عقيل بن علفة
بالجهني حين اتاه خاطبا فدهن استه
بزيت وادناه من قرية النمل ومتى
كثر تلاقينا واتصل ترائينا فيدعني
اليك ما دعي ابنة الخس الي عبدها
من طول السواد وقرب الوساد فهل
فقدت الاراقم فانكح في جنب او
عضلني همام بن مرة فاقول زوج من
عود خير من قعود ولعمري لو بلغت
هذا المبلغ لارتفعت عن هذه الحطة
ولا رضيت بهذه الخطة فالنار ولا
العار والمنية ولا الدنية والحرة
تجوع ولا تاكل بثدييها * وكيف
وفي ابناء قومي منكح وفتيان
هران الطوال الغرانقة * ما كنت
لاتخطي

لا تخطي النسك الي الرماد، ولا امتطي
الثور بعد الجواد، فانما يتيمم من
لم يجد ماء، ويرعي الهشيم من
عدم الجميم، ويركب الصعب من
لا ذلول له، ولعلك انما غرك من
علقت صبوتي اليه، وشهدت مساعفتي
له، من اقمار العصر، ورياحين المصر،
الذين هم الكواكب علومهم والرياض
طيب شيمهم، من تلق منهم تقل
لاقيت سيدهم مثل النجوم التي يسري
بها الساري ۞ فحنت قدح ليس منها
ما انت وهم، واين تقع منهم،
وهل انت الا واو، عمرو وكالوشيطة
في العظم بينهم، وان كنت انما
بلغت قعر تابوتك، وتجافيت عن
بعض ثوبك وعطرت اردانك وجررت
هميانك واختلت في مشيتك،
وحذفت فضول لحيتك، واصلحت
شاربك، ومططت حاجبك، ورفعت

خط

خط مذ ادركها رجاء الاكتنان فيهم، وطمعا في الامتداد منهم، فطننت عجزا، واخطئاء ابتيك الحفرة، و الكه لو كساك مصرف البرنين، وحلتك مارية بالقرطين، وقلدك عنرو الصمصامة، وحملك الحارث على النعامة، ما سلكت فيك، ولا شيرت اياك، ولا كنت الا ذاك، وهبك سامينهم في ذروة النجد والحسب، وجاريتهم في غاية الظرف والادب؛ الست تاوي الي بيت قعيدته لكاع؛ اذ كلهم عرب خالي الذراع؛ واين من انفرد به ممن لا اغلب الا على الاقل الاخس منه، وكم بين من يعتبهدني بالقوة الظاهرة، والشهوة الوافرة، والنفس المصروفة الي، واللذة الموقوفة علي، وبين اخر قد نضب غديره، ونزح بيره، وذهب نشاطه، ولم يبق

يبق الّا ضراطة، وهل يجتمع لي قبلك
الّا الحشف وسوء الكيلة، ويقترن عليّ
بك الّا الغدة والموت في بيت سلولية ۞
تعالى الله، تسلم ابن عمرو، اذلّ الحرص
اعناق الرجال ۞ ما كان اخلقك بان
تذرع بذرعك، وتربع على ظلعك، ولا
تكن براقش الدالّة على اهلها وعنز
السوء المثيرة لحتفها، فما اراك الا سقط
العشا بك على سرحان، وبك لا بظبي
اعفر ۞ اعذرت ان اغنيت شيا، واسمعت
لو ناديت حيّا ان العصا قرعت لذي
الحلم والنهي، وان بادرت بالندامة،
ورجعت على نفسك بالملامة، كنت
قد اشتريت العافية لك بالعافية منك،
وان قلت جعجعة ولا طحن، ورب
صلف تحت الراعدة، وانشدت ۞ لا
يؤيسنك من مخدرة قول تغلظه وان
جرحا * فعدت لما نهيت عنه، وراجعت

ما استعقبت منه. بعثت اليك من يترعجك بالخضراء دفعا، ويستحثك نحوك وكرا واضعبا، واذا قصبت عبث اكاروها بك، وتسقط نواطيرها عليك، فمن فرعة معوجة تقوم في قفاك، ومن نخلة منثلة يرمي بها تحت خصاك، ذلك بما قدمت يداك لتذوق وبال امرك وتري ميزان قدرك، فمن جهلت نفسها قدرة راي عبرة منه ما لا يري

## Refalet Ebn Saiduni.

Praemissis praemittendis *a*). O qui naufragium fecit bonae mentis, qui praecipitem sua se stultitia agit, cuius ruina manifesta est, et error foedus; qui implicitus syrmate suae temeritatis caespitat; qui solem diei, quo fruitur, coecus non videt, qui vt musca in potum incidit, qui pyrallidum instar in candelam praeceps fertur, nosse debueras, maxime decipi illos, qui sibi placent

*a*) Solent et debent Arabes semper laudationem Dei et Muhammedis omnibus suis scriptis praemittere. quando autem operose id facere nolunt, aut iam fecerunt, et iam transeunt ad argumentum suum, dicunt אמא בעד praemissis praemittendis. Huius formulae auctor est Koss filius Saedah.

placent ipſi, et ſeſe demirantur; recta vero tendere et potiri votis eos, qui vires ipſi ſuas norunt, moduloque ſuo ſe metiuntur. Miſiſti ad me donum petens amicitiae meae, quo manus hominum tibi ſimilium ſemper erunt caſſae, inhians in id meae familiaritatis *b*), in quod aequalium tuorum quotquot pariter inhiabunt, impacto in nares ipſorum pugno retundentur. Mittebas intimam tuam amicam, tuam animam, quam ſolam amas et admiraris, tanquam ſpectatricem praecurſuram *c*), abutens cariſſima tua, tanquam vili iumento, cui perſuadebas, ſed mendax, velle te animum tuum illa deſerta in me transferre, et eius loco me in poſterum adamare. At, heus tu primus non es, quem alti ſui ſpiritus ad id, quod conſequi nequit, pellexerunt. Nulla vero dubito fore vt illi tui ſpiritus vilem te reputent et faſtidiant, ideo, quod illos in tempus et locum oportunum reſeruare, quod parci faciunt et opum ſuarum intelligentes, neſcis, et vt deſerere te meditentur taedio, quod ipſe tuam tibi gloriam et auctoritatem tueri



*b*) Eſt in Arabico vox חלה, quae notat intimam familiaritatem. Sed et ſimul pabulum ſaporis dulcis. Et huic eleganter iungit ſimile de camelis quaſi depaſcere volentibus, ſed quorum propterea naſi fuerint retuſi.

*c*) מרתארה tanquam ראיך praecurſorem qui iter facientes antecedit et circumſpicit pabulum, et praeparat adaquationi neceſſaria. Vult dicere: veniebas ipſe me procatum.

ri nescis. Omnes illa quidem neruos intendit eo, vt legationem suam, ex animi tui sententia, feliciter perficeret, neque defuit officio suo tuas vices gerens et pro te perorans. Contendebat morum elegantiam esse vocabulum, cuius substantia tu esses, et humanitatem esse nomen, cuius tu esses corpus et materies. Asseuerabat te solum possidere pulchritudinem, te prae caeteris omnibus potitum esse perfectione; te in summum magnificientiae fastigium ascendisse, te solum in familiaritate *d*) dominari. Eo procedebat vanitatis, vt imaginaretur sibi Iosephum, sanctissimum patriarcham, de pulchritudine *e*) tecum contendisse; sed protinus ad conspectum tuum deiecisse vultum pudore suffusum; et quod vxor Ozairi *f*) te viderit, et sollicitarit ipsum *g*), quod Karun *h*) nactus sit tantum partem

*d*) Volui ad verbum reddere, quia locus non satis planus mihi est. Est ol Chelal in genere omnis amicitia et familiaritas. Deinde in specie familiaritas cum Deo, quam hic puto intelligi. Sic simpliciter appellatur Araham ol Chalil, intimus amicus, nempe Dei. Vult dicere. Anima tua (id est pro Arabum more, ipse tu) de te asseuerabas, te esse sanctissimum et Deo amicissimum.

*e*) Iosephus Muhammedanis est exemplar perfectae pulchritudinis.

*f*) Id est Esdrae, quem Iosepho patriarchae aequalem faciunt Muhammedani, egregii chronologi.

*g*) Hoc est, te quidem viderit, Iosephum autem ad amores suos per errorem, aut desperatione tui potiundi, pellexerit.

*h*) Id est Coreh.

tem eorum, quae in cellis tuis condidisses *i*), quod om Nathaf inciderit forte fortuna in reiicula tuarum diuitiarum 1) quod Cosroës portauerit *k*) equi tui stragulum 2) quod Caesar pauerit iumentum tuum 3) quod Alexander occiderit Dara (seu Darium) tanquam legatus iussu et auspiciis tuis missus ad gerendum bellum 4). quod Artaschir (Artaxerxes) ideo se debellandis prouinciarum regulis *l*) exercuerit, quod a te tuoque obsequio defecissent 5). quod odh Dhahhak prouocarit te in pacem sanciendam 6). quod Gjodzaimat ol Abrasch (seu maculosus) te habere compotorem praeoptauerit 7). quod Belkis te az Zobbaae inuiderit aemula 8). quod Schirin cum Burana contenderit, te in matrimonium expetendo 9). quod Malek filius Nowairah fuerit tibi Radifus aut vicarius *m*) 10). quod



*i*) Koreh Muhammedi tanquam locupletissimus homo describitur.

*k*) Id est esset cliens vel vasallus tuus. de more stragulum equi portandi, in signum agnitae superioritatis, vt olim apud Europaeos erat mos stripam vel stapedem tenendi, plura dicam ad Abulfedam.

*l*) Prouinciarum reguli sunt duces tam Graeci quam Persae, qui magnum imperii corpus, quod Alexander constituerat, contruncarunt, et inter se diripuerunt, et singuli regna singularia constituerunt, Macedonicum, Aegyptiacum, Syriacum, Armenicum, Parthicum, Ponticum, Babylonicum.

*m*) Reges al Hirae Lachmenses habebant suos vicarios, qui, quando ipsi per bellum debebant al Hirah

10). quod Orwah filius Gjafari ad te profectus fuerit 11). quod tua potentia fretus Kolaib, filius Rabiah, territorium suum ab aliorum irruptione tutum praestiterit; quod Gjassas ipsum occiderit tua iniuriarum impatientia 12). quod Mohalhel vindicias ceperit tuis spiritibus 13). quod os Samul pactam fidem tua fide adimplerit 14). quod ol Ahnaf tua toga se amiciuerit 15). quod Hatem tuis diuitiis fuerit liberalis, et tua hilaritate comitateque hospites exceperit 16). quod Zaid filius Mohalhel equitauerit tuis femoribus 17). quod os Solaik filius os Salakah tuis in pedibus suas perfecerit expeditiones: 18). quod Amer filius Maleki cum hastis luserit tuis manibus 19). quod Kais filius Zohairi tua vafritie fuerit ad gerendas res suas tanquam adminiculo vsus 20). quod Ejjas, filius Moawiah, a lucerna tui acuminis lumen suum accenderit. 21). quod Sahban tua lingua fuerit locutus 22). quod Amru filius el Ahtami tua eloquentia fascinarit audientes 23). quod intercessione et conciliatione tua coaluerit pax inter Bacr et Taglab 24). quod negotia, quae Abs et Dzobjan intercedebant, tuae sponsioni fuerint innixa 25). quod tu suggesseris Haremo dolos, quibus rixantes Elkamam et Amerum placauit 26). quod eidem Haremo dederis in os responsum, quod is edebat, rogatus a Omaro, cuinam fuisset gloriae palmam tributurus; 27). quod ol Haggjagj susceperit in se regimen al Irakae tuo vigore et rigore 28). quod Kotaibah subegerit Transoxanam tua cum

felici-

felicitate 29). quod tuo mucrone retuderit al Azrakitarum acumen et robur (n) ol Mohalleb 30). quod Hermes dederit Beleno o) quae a te accepisset 31). quod Plato, quae a te hausisset, rursus in Aristotelem transfuderit 32). quod conductione tua Ptolemaeus aequauerit astrolabium, et secundum tuam determinationem effinxerit globum 33). quod Hippocrates per subtilem tuum sensum didicerit affectiones p) et morbos 34). quod Galenus cognouerit indoles plantarum per diuinam tuam ἀγχίνοιαν 35). quod vterque sit in medicina tuus puer, et a te petiuerit doctrinam temperamentorum et fabricae atque vsus partium, et te consuluerit in cognoscendis et curandis morbis. quod tu straueris et monstraueris viam Abi Mascharo (Abumasaro) ad astrologiam 36). quod Gjabero filio Hajjani detexeris mysterium al Chymiae 37). quod dederis an Nathamo ὑπόθεσιν, cuius ope assecutus est rerum veritates 38). quod praescripseris al Kendio lineas et regulas, ad quarum ductum egessit ex absondito subtiles doctrinas 39). quod



Hirah abesse, res imperii suo loco administrabant. v. Ibn Kotaibah.

n) *Spinam* proprie, a nocendi potestate.

o) Id est Apollini.

p) Minus quam morbus, affine tamen, עלה prorsus vt Latinorum *caussa* et Graecorum *αἰτία*, notat tam id, quod aliquem effectum producit, quam morbosum corporis humani statum.

musica a te sit excogitata, et ordinatio chordarum atque rhythmi prodierit ceu foetus e cerebro tuo, vt patre primo et solo. 40) quod Abdol Hamid, filius Iahja, scalpserit tuos calamos 41). quod Sahl, filius Harun, ea, quae ipsi dictaris, calamo exceperit, 42) quod Amru filius Bahri a te dictata, quae posset in scripta referre, ceu discipulus a magistro postulauerit. 43) quod Malek, filius Anasi, casibus in dubiis et perplexis te Fatwah seu sententiam pontificalem rogauerit. 44) quod tu sis ille, qui constituerit demonstrationes, qui posuerit canones, qui definiuerit quidditatem, qui declararit qualitatem et quantitatem; qui disputet de essentia et accidente; qui distinguat sanitatem a morbo (verum a falso) qui soluat ancipites nodos: qui diuidat inter nomen et nominatum, [praedicatum et subiectum], qui singula quaeque reducat ad sua genera, ad suas species, qui incuruet, q) qui rectificet; qui componat nomina et verba, qui ad sua capita redigat ath Tharf (aduerbium) et ol Hal (seu statum, id est constructionem cum coniunctione) qui semel inceptam aliqua constructione orationem diu potest continuare, et tamen semper purum putum Arabismum seruare, * qui norit con-

q) Id est, facit exceptiones et regulas generales, scribit grammaticas de nominibus, verbis, aduerbiis, coniunctionibus. Congessit hic frigido et taedioso artificio, pro more suae gentis, terminos technicos grammatices.

coniungere (Elif al Weslae ponere) et abscindere (Elif al Kathae) qui dualem, qui pluralem facere r), exprimere rem claro nomine, quam intendat, et eandem rursus obscure significatam lectori relinquere et reiicere; interrogare et narrare; sine punctis diacriticis scribere, et rursus eadem quam sollertissime appingere; tractim scribere, sic vt vna litera alteram in directa linea coram se propellat; et rursus sic, vt vna vox alteram supra se quasi murum aut impositam turrim gerat, qui rimetur scientias, scrutetur varias de rebus diuinis opiniones atque ritus. quod aequilibrium asseres inter Manetis et Gailani sectas 45). quod occidi iusseris al Gjadensem 46). quod, si velles, lacerares receptos mores, et mutares sancta et statuta communia, adeoque oceanum faceres dulcem e salso, ex igni aquam, ex crastino die hesternum, ex quatuor elementis quinque. quod tu sis ille, de quo natum prouerbium: omnis praeda est in ventre onagri s); ille, qui non absurdum neque a natura rerum alienum ducat, in vno homine totum mundum, ceu in compendio, coiisse. quod tu sis ille, quem in mente habebat Abu Temam, quum sic caneret:

 *Etiamsi*

r) Ridebunt forte hic aliqui, ceu magnum reputari, si quis coniugationes et declinationes teneat, quae discuntur apud nos sub ferula. Sed apud Arabes multi sunt docti et jam scriptores, foedis soloecismis se implicantes.

s) v. Schultens ad Iobum et ol Maidanensis.

*Etiamsi de nouo cuderetur anima tua, nihil tamen adderet illa cusio nobilitati, quam tenes.* quod tu sis ille, quem alloquitur Abu't Thajjabi *t*) hoc suo versiculo:

*Memoria temporum nobis est quasi carmen, intra cuius versus tu es ille admirabilis, incomparabilis, vnicus, sine exemplo.*

Verum fallebatur illa tua internuncia. Mandebat, quod mandi negat *v*), existimabat pinguem esse eum, qui oedematosus erat. carbones sufflabat, sed exstinctos. ventus locum non inueniebat, quem posset mouere; neque feriebat culter articulum. Ideoque sat magnam se consecutam esse praedam reputabat, si salua rursus domum rediret, et optabat suis laribus se reddi cum ocreis Honaini 47). Nam ego respondebam: Sane vilis est ille, cuius caput vulpeculae permingunt *w*), et recitabam illud poetae:

*Vtut sit tempus, est tam refertum miraculis, vt nullum porro sit miraculum x*).

Frende-

*t*) Id est ol Motanabbi.

*v*) Vt silex, metallum etc. est prouerbium vt et sequentia, quae omnia volunt dicere: aberrasti a scopo.

*w*) v. Pocok Spec. H. A. p. 102. ol Maidan. p. m. 255. n. 1692. Sueton. Neron. LVI. Adeone, vult dicere, vilis ego sum, vt illa misella vulpecula, (Abdusides) me quoque velit permingere? Id si fieret, sane vilis ego forem.

*x*) Id est, quum nihil non audeant homines, nihil est, quod fere possis admirari tanquam insolens.

Frendebam et reciprocabam iratis naribus fpiritum; mutabam faciei colorem, corrugabam frontem, complicabam genas in teterrimam faciem; minas et obiurgationes iactabam femel iterumque eafdem, fulmina dabam et tonitrua. Meditabar aliquid facere, fed non feci. Iam in eo eram, vt perficerem. At vtinam perfeciffem! y). Et certe nifi freta effet clientela iure tutelae z), et hofpitium debita fibi veneratione et fanctitate, fane fuiffet refponfum in ceruice domeftici a) 48). Verum adhuc in promtu eft calceus, fi quando vipera redeat, neque non eft in poteftate noftra poena, fi peccare mifer porro praefracte pergat. Iam finge quoque illam tuam πρεσβεύτριαν te non obtufo contemplatam oculo fuiffe, neque eo, quem piguiffet defectus tuos arbitrari et luftrare; quem impleuiffet amor fuus, ita vt fpeciofius ipfi fuiffet ille vifus, quem diligeret; fed illam tuo te et tibi congruo ornatu exhibuiffe, et expinxiffe coloribus tuis: teftimonium tibi

y) Forte volebat faltim ex fictione noftri auctoris, illa foemina hunc fuum procum caftrari, aut faltim vt Circe Petronium catapygari curare.

z) Id eft, nifi deberem tibi tutelam et foedus, tanquam clienti meo.

a) Quemadmodum miffus a Graeco imperatore domefticus ad inuadendos bello Moslemos non rediit ad herum fuum, neque refponfum ei retulit, fed caefus periit; fic etiam occidiffem legatum tuum, id eft temetipfum.

tibi perhibuisse non mutuaticium, neque corrogatum, neque in te ornando vltra verum et iniustum operosam fuisse; sed in iis, quae de te exponebat, candide declarasse, quot annos natus sit pullus suus *b*), et applicuisse picem locis scabiosis *c*), et in assertis suis neutiquam mendacem fuisse: Attamen gratior est fama 'l Moaidensis, quam eius adspectus 49). Es cano et tetro occipite, prolixo et pendulo mystace, longo macroque collo et iugulo, immaniter stultus et furiosus; durus et asper indole; ferox in responsis dandis et aliis audiendis; specie exosa, stolido et plebeio incessu, daemonum exagitationibus obnoxium te palam prodis, foetet tibi anima; turpibus abundas dotibus; a vitiis accepisti famam. Pronunciatio tua est inconditum murmur. colloquium tuum barritus perceptu haud facilis. eloquentia tua est tussire et exscreare, risus tuus est cachinnus latus et sonorus. quando ambulas, curris breuibus passibus et subsultim *d*). opulentia tua est mendicacitas. tua religio est Zendikismus *e*) scientia tua est delirium;

*Vitia*

---

*b*) Prouerbium Arabicum. v. ol Maidan. n. 2415.

*c*) Aliud prouerbium, vt Graecum illud scapham scapham appellare. v. ol Maidan.

*d*) Vt conturnices. Plebeia vox Germanica, *Herlen*, conuenit cum חרול.

*e*) Zendik, vt Arabes corrupte efferunt, est Sadducaeus. Nos diceremus eodem sensu, Atheismus,

*Vitia, quae si distributa essent inter puellas, nullam aliam habiturae essent dotem, quam repudium.*

Bakel tibi comparatus eloquens haberi debet 50). meretur sapientis laudem Habannakah 51). tecum collatus: tui respectu tanquam felicis ominis occursus Thowaisi 52). est reputandus et magni faciendus. Te beari parit poenitentiam; te carere, et excidere, idem est ac magnis votis potiri. Tecum ipse paradisus est ignis infernalis. Qui potuisti animi tui vilitatem mei nobilitate dignam existimare, et tuam humilitatem mea celsitudine? Poterasne ignorare omnes res trahi ad sibi similes? aues cadere *f*) super sua paria? Te nempe latebat orientem et occidentem non concurrere, et Moslemum atque Kaferum (seu a fide muhammedana alienum hominem) familiaritatem inter se non contrahere, adeoque ipse tibi vulgatum illud non ingerebas: Foedum et pulchrum non esse paria; neque illud poetae tibi occinebas:

*O qui pleiades nuptum dat canopo, o bene g), quomodo illa duo conuenient?*

Ego sum supellex, quae cum scrutis et opum reiectaneis non mutatur. Ego sum auis, quam non capiat, quisquis cupit, et scopus quem non ferit, nisi qui bene callet artem iaculandi *h*). certissi-

---

*f*) ἐγχρόνιν.

*g*) Ad verbum: Deus tibi longam vitam concedat.

*h*) Arcum bene tendere nouit, vt Vlysses Penelopae.

Certissime persuasum est mihi, te iam fuisse accinctum accipiendis gratulationibus de nouo matrimonio, et comtum atque ornatum ad sponsam domi tuae solenni cum pompa recipiendam. Nisi vulnus infligere et os contundere barbaro, idem foret atque sanare et consolidare, id accepisses a puellis meis praemium, quod olim Jasar 53), qui tamen non moliebatur nisi partem tantummodo aliquam eorum, quae tu moliebaris; neque attrectabat, nisi leuissimum eorum, quae tu attrectabas. Tune te ostentare in sodalitiis recitandis veterum poetarum carminibus? tune superbire scientia virorum et casuum antiquorum illustrium? talis quum esses, poteratne tibi non succurrere illud poetae:

*Pares filiorum Daremi sunt liberi Mosmai; sed ol Habethat i) cum sui similibus matrimonia iugant.*

Annon ipse tecum iniisti consilium et tibi timuisti? quo facto falsus tuae spei et opinionis non fuisses. Quam fuerat anceps et pronum, te aduenam al Bargjamitarum 54) euadere, et domum redire cum epistola 'l Motalammesi 55), k) et me imitaturam in te fuisse factum illud Okaili, filii Elkamah, in isto Gjohainita, qui ad illum venerat, filiam eius in matrimonium sibi dari rogatum. Okail nempe podicem proci melle inungebat, et sic inunctum prope nidum

i) Vilis tribus, ab inflato ventre sic appellata. v. Ibn Kotaibah.

k) V. Prologum ad Thar. Moall. p. 45.

dum formicarum deponebat 56). Vbinam, et quando habuimus nos ambo frequentes conuentus, et saepius repetitas atque continuatas προσόψεις, quarum per occasionem me forte allicuisset ad te, id, quod filiam el Chassi quondam ad seruum suum alliciebat, diuturnitas confabulationis, vt illa se purgans aiebat, et ceruicalis propinquitas 57)? An forte non succedit cupienti mihi cum al Arakem iugare matrimonium, vt itaque cum Gjanabitis coire meliorum inopia cogar? 58) aut forte me detinet quasi in carcere *l*) Hemman, filius Morrah, vt taedio victa dicam, maritum, etiamsi ligneum, praestare domisidio 59). Et, ita viuam atque valeam, etiamsi eo redacta essem necessitatis, ad eam tamen humilitatem e fastigio meo me non demitterem; neque acquiescerem in hac tua conditione. Citius ignem, quam ignominiam; citius mortem, quam facinus persona mea indignum. Ingenua foemina potius duram famem tolerabit, quam vt suis vberibus sibi victum paret *m*).

*At? Qui sic ratiocinor? qui fiat id? quum sit adhuc in gente mea vir, cui in manus conueniam; quum sint adhuc iuuenes Harran, 60) proceri statura, pulchri, delicati, et candidi.*

Non didici muscum in cineres proiicere. Postquam generoso equo insedi, non conscendam taurum.

*l*) Παρθένευε.

*m*) v. ol Maidan. et Golius in Adagiis.

taurum.. qui aquam, qua se lauet, ad manus non habet, is arena se purgat *n*). Cui deest laeta et viridis seges, ille stipulas arentes pascitur. Qui bene docto et obsequioso caret iumento, conscendat ille asperum et intractabile atque succussorium, necesse est. Forte duxit te in errorem ille, cui me fauere nosti, et quem maxime deperire me vidisti, qui est in huius aeui lunis *o*) et huius vrbis fragrantibus paradisis, quorum scientiae sunt stellae, quorum suauis fragrantia hortorum vicem gerit;

*Quorum quemcunque offendas, dicas, offendi ipsorum principem, instar stellarum, ad quarum lucem gressus suos moderatur, qui noctu proficiscitur.*

Ergo cede modo alteri sortem, cuius tu ius et communionem non habes; quum inter eos et te discrimen immane intercedat, quos inter tune es aliud quid, quam Wau in voce Amru *p*), aut fragmentum ex osse eminens et carnem pungens? Etiamsi fundum ipsum cistae tuae vestiariae excutias, et subtractam tibi alimentorum et victus partem impendas ad vestium tuarum manicas aromatibus adorandas, et tecum ambulans trahas bursam tuam numariam, et superbias in incessu tuo, et superflua barbae tuae demetas

*n*) v. Scriptores de religione Muhammedana.

*o*) Id est, viris illustribus, qui micant vt inter stellas luna minores.

*p*) Id est, appendix, quae sine damno potest abesse, et saepe apocopen patitur.

metas forfice, et componas mystacem tuum, et protendas supercilia tua, et ad aures usque attollas tuam barbam per maxillas subrepentem, et nouum tibi cingulum substringas, ea ratione sperans in ipsorum coetum subire, et cupiens ipsis annumerari: Verumtamen, vt mente imbecillis coniicis ita coniiciens, et podex tuus a fouea aberrat *q*). Per immortalem Deum, etiamsi Moharrek geminam tibi suam trabeam indueret, 61) et Maria te geminis suis elenchis ornaret, 62) et Amru tibi circumligaret as Samsamam 63) et ol Hareth suae te imponeret an Naamae, 64) non tamen iret tecum et portaret te, neque fores alius, quam nunc es. Et finge tandem te illis inferiorem gradum in fastigio gloriae et existimationis non occupare, et aequare illos in stadio politae humanitatis ad metam contendentes decurrere.

Annon **r*)

O quantum ille, quo toto et integro sola fruor, potior illo est, cuius non accipio nisi minimam et vilissimam partem? Quantum interest inter eum, qui victrice et luculenta potentia

*q*) In quam nempe debebat cacare. Est prouerbium Arabicum de aberrantibus a spe et destinatis. v. al Maidan.

*r*) Locum hunc nimis in codice meo Arabico, vbique fere mendoso, corruptum, malui praeterire totum, quam ita reddere vt sensus nullus bonus emergat.

rentia ad me inuifitat, et abundante cupiditate, et animo in me conuerso, et voluptate in me defixa; et inter alium, cuius stagnum iam exaruit, cuius puteus iam exhaustus est, cuius alacritas periit, cuius non superest nisi peditus? An aliquid aliud tecum nanciscar, quam aridos et rugosos atque scorteos dactylos, eosque parce admensos *s*)? An aliquid aliud tecum ad me adferres, quam bubonem pestilentem, et mortem in tuguriolo Scenitidis pauperculae Salulitidis *t*)?

*Deum immortalem, o Amru, velis saluus esse. nimia auiditas humiliat erectas ceruices virorum.*

Quam tibi potius congruebat, tua te vlna metiri, et tuo contentus prouentu alienis abstinuisse *v*) et non euasisse similis Barakeschae, quae suos gentiles ipsa persequentibus hostibus indicabat 65) et infelici isti capellae, quae cultrum, quo postea iugulabatur, absconditum e terra suis vngulis egerebat *w*). Sed; vt mihi videtur, vespera te impegit in Sarharium 66).

Iam perfuncta sum meo munere te admonendi, et ad meliorem mentem reuocandi. Si quid porro mali patiaris, id culpa erit tua. nulli *alii* tribuere id poteris; tibi, non ceruae candidae *x*), feci,

*s*) v. al Maidanens. n. 1215.

*t*) v. al Maidanens. n. 3111.

*v*) Proprie est *mansisse in dactylis tuis*, id est domi tuae.

*w*) v. al Maidanens.

feci, quantum potui, si modo quidquam profeci. Clamaui satis vt percipi posset mea vox, modo viuum hominem inclamarem. Baculus percutitur sapienti et sagaci *y*). Quod si poenitentia factorum praeuenias me, et ipse te culpes atque castiges, vendam tibi salutem ea conditione, si me mittes, et tranquillam res meas agere fines. Sed si dicas: Multum strepitus, mola tamen nihilo magis molit; *z*) et: Saepe latet nubes pluuiae expers sub horribili tonitruum fragore: et ipse occinas tibi illud poetae:

*Ne te faciat de pulchra foemina desperare dictum aliquod asperum ab illa proiectum;*

Adeoque redeas ad vetita, eaque repetas, quorum otium mihi fieri rogo: immittam tibi aliquem, qui te vno impetu in vastum mare excutiat, et quando fossores suam in te petulantiam exercebunt, et hortulani tibi insultabunt, fient multi curui trunci in dorso tuo recti, et multae putridae palmae fodicabunt testiculos tuos. Id erit ob pristina tua scelera; vt gustes vitae tuae poenam, et videas pondus tuae auctoritatis tuique pretii. Qui enim ipse sibi suum non nouit pretium statuere, in eo vident alii, quod ipse in se non videt.

 D) SPE-

*x*) v. al Maidanens. n. 487.

*y*) v. al Maidanens. n. 146. et Schultens Monument. Arab. p. 4.

*z*) Id est, *verba audio, praetereaque nihil.*

## D) SPECIMEN COMMENTARII EBN NOBATAH AD RESALET EBN SAIDVNI.

Ad illa verba p. 487. وإياس بن معاوية انما استضاء بمصباح ذكائي i. e. quod Ejus filius Moawiah a lucerna sui acuminis lumen suum accenderit p. 502. n. 21. haec affert ille Commentator:

هو اياس بن معاوية بن قرة المزني قاضي البصرة وكنيته ابو وايلة صاحب الفراسة والاجوبة المسكتة يضرب به المثل فيقال ازكن من اياس والزكن التفرس والظن. قال الشاعر * زكنت من امرهم مثل الذي زكنوا * وبعض الناس يقولون اذكي من اياس. قال ابو تمام * في حلم احنف في ذكاء اياس * حكي ابن عايشة قال اول ما عرف من ذكاء اياس انه دخل الشام وهو صغير فادخل خصما له شيخا الي قاضي عبد الملك بن مروان وكان القاضي يعرف الخصم فقال لاياس اما تستحي تقدم شيخا كبيرا. قال اياس. الحق اكبر

اكبر منه قال له اسكت قال فمن
ينطق بحجتي اذا سكتّ؟ قال
اجسبكي تتقول حقا حتى تقوم قال
اشهد ان لا اله الا الله. فقام القاضي
واخبر عبد الملك الخبر فقال اقض
حاجته واصرفه عن الشام لا يفسد علينا
الناس. وحكي غيره فقال اول ما عرف
به ذكاء اياس انه كان صبيا في المكتب
فاجتمع قوم من النصارى يضحكون من
المسلمين وقالوا ان المسلمين يزعمون انهم
لا يكون في الجنة ثفل الطعام فقال
اياس لمعلمه. يا معلم اليس تزعم ان
اكثر الطعام يذهب في البدن؟ قال نعم
قال فما ينكر من ان يكون الباقي
يذهبه الله في البدن؟ فسكت النصارى
واعجب به المعلم. وحكي انه دخل الى
الشام مرة ثانية واراد الحج فقال المكري
انظر لي انسانا قريبا. يعني عديلهم
فاكراهما فلبثنا في المحمل ثلاثا لا


يسال

يسأل هذا هذا عن شي. فقال اياس يا
عبد الله اخبرني من انت. قال غيلان.
قال غيلان؟ قال نعم. فمن انت؟ قال
اياس. قال ابو وايلة؟ قال نعم. وان شئت
سالتني وان شئت سالتك. فقال له غيلان
تكلم. قال ان شئت اخبرتك بقول اهل
الجنة واهل النار والملايكة والشيطان
والعرب والعجم؟ فقال غيلان اخبرني
بها. قال. قال اهل الجنة حين دخلوها.
الحمد لله الذي هدانا لهذا. وما كنا
لنهتدي لولا هدانا الله. وقال اهل النار
حين دخلوها. ربنا غلبت علينا
شقوتنا. وقالت الملايكة. لا علم لنا الا
ما علمتنا. وقال الشيطان رب بم اغويتني؟
وقالت العرب. لا يمنعك الطير شيا
ارته فغنة خط في الاقلام ما انت لاقيا.
وقالت الفرس هرج يابه — وكان سبب
ولاية اياس للقضا. ان عمر بن عبد
العزيز

العزيز رضي الله عنه ارسل رجلا من اهل
الشام وامره ان يجمع بين اياس والقاسم
بن ربيعة الحومي ويولي القضاء
لانفذهما. فجمع بينهما. وكان كلاهما
يمتنع من الولاية. فقال اياس للشامي
سل عني وعن القاسم فقيهي المصر
الحسن البصري وابن سيرين.
فعلم القاسم انه ان سال عنه اشارا به.
فقال للشامي. لا تسال. فوالله الذي
لا اله الا هو. ان اياسا لافضل مني واعلم
بالقضاء. وان كنت ممن يصدق فينبغي
لك ان تصدق قولي فان كنت كاذبا
فما يحل لك ان توليني القضاء. وانا كذلك.
وقال اياس. انك جيت برجل فاقمته على
شفير جهنم فافتدي نفسه من النار بيمين
كاذبة يستغفر الله عز وجل منها
فينجو من النار. فقال الشامي اما اذا
فطنت لها فانى اوليكما فاستعفاه. فلم
يزل

يزل في القضاء مدّة ثم هرب. ولما ولي القضاء دخل عليه الحسن البصري فبكي اياس وقال. يا ابا سعيد بلغني ان القضاء ثلاثة. رجل مال به الهوي فهو في النار. ورجل اجتهد واخطا فهو في النار. ورجل اجتهد واصاب فهو في الجنة. فقال الحسن ان فيما قصّ الله في نباء داود ما يردّ قول هاولاي. ثم قرا. ففهمناها سليمان وكلّا اتينا حكما وعلما. فحمد سليمان ولم يذمّ داود. وحكي المدايني. اودع رجل اخر كيسا فيه دنانير فغاب مدة طويلة. فلما طال الامر شقّ الرجل الكيس واخذ الدنانير ووضع عوضها دراهم والخيط والخاتم علي حالة. ثم قدم صاحب المال فطلب ماله. فدفع له الكيس بخاتمه فلم يقبله وقال هذه دراهم ومالي دنانير. فقال هذا كيسك وخاتمك.

فرفعه

فرفعه لابن هبيرة فقال لاياس. انظر بينهما. فقال اياس منذ كم اودعك؟ قال منذ عشرة اعوام. فقال فضوا الخاتم. ففضوه ونثروا الدراهم فوجدوا ضرب خمس سنين وست سنين واقل واكثر. فقال اياس قد اقررت انه عندك منذ عشر سنين وفي الكيس ضرب خمس سنين فاقر بالدنانير فالزم بها. ونظر اياس يوما الي رجل لم يره قط فقال. هذا غريب واسطي معلم كتاب هرب له غلام. فوجدوا الامر كذلك. فسيل اياس عن ذلك. فقال رايته يمشي ويلتفت في الاماكن والطرق. فعلمت انه غريب. ورايت علي ثوبه حمرة تراب واسط. فعلمت انه من اهلها. ورايته يمر بالصبيان ويسلم عليهم ولا يسلم علي الرجال. فعلمت انه معلم. ورايته اذا مر بذي هيئة لم يلتفت اليه. فاذا مر


باسود

باسون ذي اسمال تامة. فعلمت انه يطلب ابقا. ووجده يوما الحكم بن ايوب عامل البلد فسبه وقال انك خارجي منافق فأتني بكفيل. فقال انت ايها الامير تكفلني ولا اعرف احدا اعرف بي عنك. قال فما علمي بك؟ وانا من اهل الشام وانت من اهل العراق فغيم الشهادة منذ اليوم. وتبصر الناس هلال رمضان فلم يره احد غير انس بن مالك وقد قارب المائة سنة فشهد عند اياس. فقال له اشر لنا الي موضعه. فجعل يشير فلا يرونه. فتأمل اياس فاذا شعرة بيضاء من حاجب انس قد انثنت فصارت في عينه. فمسحها اياس وسواها ثم قال يا ابا حمزة ارنا موضع الهلال. فنظر فقال ما اري شيا. وقيل لاياس. ان فيك عيوبا. دمامة الشكل واعجاب بالقول وعجلة بالحكم. فقال اما

اما الدمامة فليس امرها التي وامد
الاعجاب بالقول افليس يعجبكم
ما اقول؟ قالوا نعم. قال فانا احق
بالاعجاب بقولي. واما العجلة باكم
فكم هذه؟ (ومد اصابع يده) فقالو
خمس. فقال عجلتم بالجواب ولم
تعدوها اصبعا اصبعا. قالوا كيف نعد
ما نعلمه؟ قال فكذلك انا في الحكم
ودخل الي واسط فقال. يوم دخلت بلدكم
عرفت خياركم من شراركم من غير ان
اكشف عنهم قالوا كيف؟ قال. معي قوم
خيار الفوا منكم قوما. وقوم شرار
الفوا قوما. فعلمت ان خياركم من الفوا
خيارنا. وكذلك شراركم. وكان يقول
عرفت التزكن من امي. وكانت خراسانية
واهل بينها يتزكنون اي يتفرسون
ولاياس اخبار كثيرة من هذا الباب
مجموعة في كتاب يسمى تزكن اياس

وسائر

مات رحمه الله سنة احدى وعشرين ومائة وهو ابن ست وتسعين سنة. قال في العام الذي مات فيه. رايت في المنام كاني وابي على فرسين فجريا جميعا فلم اسبقه ولم يسبقني. وكان ابوه قد مات ايضا وهو ابن ست وتسعين سنة .

Ejas hic 1) est filius Moawiae, filii Korrae Mazanita 2) Cadhi al Bafrae. Praenomen ipsi fuit Abu Watschelah. 3) cuius nota est mirifica fagacitas et vis responsionum ad filentium cito redigens 4). vt nomen eius in prouerbium abierit, dicaturque أزكن quam Ejas. Est autem الزكن vnde formatus est ille comparatiuus, idem atque التفرس fuspicandi et coniectandi celeritas atque veritas. Verbum زكن fignificare follertiam coniectandi paret ex illo poetae زكنت من أمرهم 5). Verumtamen funt, qui pro vocabulo أزكن in hoc prouerbio dent أذكى eadem fententia manente. Nam ذكاء et زكن idem fere est. quibus auctor est Abu Temam. 6)

In manfuetudine Ahnaf, in ذكاء Ejas. 7.)

Hareth

Narrat Ibn Ajesdhah. Primum, ait, documentum, quo cognita est Ejasi subtilitas (et εὐστοχία vel ἀγχίνοια) hoc est. Venerat in Syriam (vel Damascum) adhuc paene puer, et aduersarium, qui ei erat, hominem grandem natu, in iudicium vocaverat, ad eum, qui tum erat, Cadhium ab al Chalifah Abdel Maleco filio Merwani constitutum. Cadhi ille norat aduersarium (h. e. familiariter eo vtebatur). Dicebat igitur ad Ejasum. Annon te pudet senem grandem 8) producere? Respondebat Ejas. Verum autem et aequum grandius 9) est. Tace, inquit index. Ecquis autem, occurrebat Ejas, loquetur in causa mea, si tacuero? Videris mihi verum dicere, iudex inquit. Quare surgamus. Testor, inquit Ejas, non esse numen, praeter deum. 10) Surgebat itaque judex et certiorem ista de causa faciebat Abdal Malecum. Qui, abrumpe, ait, eius causam, et auerte eum a Damasco, ne animos hominum aduersus nos concitet. 11) Sed alius, nescio qui, sic narrat. Primum, quo perspecta fuit sagacitas Ejasi, hoc est. Erat adhuc puer in schola. Coibant itaque Christiani quidam, Moslemos irridentes, ideo, quod existimarent, alimentis in Paradiso faeces nullus esse. 12) Dicebat itaque Ejas ad magistrum. Annon tu, magister, ais, maximam alimentorum partem in corpus abire. 13) Vtique, inquit magister. Ecquae igitur, inquit Ejas, absurditas, statuere Deum reliqua quoque 14) in corpus distribuere. Conticescebant Christiani. et magister Ejaso delectabatur, eumque admirabatur. Fertur iterum Damascum venisse Ejas, itineris sacri peragendi ergo. Sed mularius dicebat. Exspecta mihi peregrinum. volebat dicere aequilibrem eius. 15) tum illis ambobus locabat vecturam. 16) manebant in corbe gestatorio triduum, vt hic illum nulla de re interrogaret. Tandem Ejas: O serue dei 17), inquit, doce me, qui sis. Gailan, ait

ait. Gailan? inquit Ejas. 18) Ita est. 19) Sed qui tu es? Ego sum Ejas. Num Abu Watschelah? Ita est, et si vis, interroga tu me, aut si mauis, ego te interrogabo. Loquere, inquit Gailan. Si vis, inquit Ejas, ego te docebo orationem incolarum paradisi, et incolarum inferni, et angelorum, et Satanae, et Arabum, et Persarum. Doce me istaec, inquit Gailan. Incolae paradisi, inquit Ejas, dicunt ingressi. Laus Deo qui direxit nos huc. Et profecto non fuissemus in rectam viam inducti, nisi deus nos induxisset. 20) Infernum ingressi, dicunt, Domine noster, praeualuit (et deorsum nos traxit) miseria nostra. Angeli dicunt: Nil scimus, praeterquam quod tu nos docuisti. Satanas dicit. Mi domine, cur me in errorem impulisti? Arabes dicunt,

Augurium 21) a re, quam decreuisti, ne te cohibeat. Sors enim tua, cui occurrere te fatale est, calamis 22) dudum perscripta est.

Persae dicunt. 23) — Cur Ejaso Cadhii munus mandaretur, hoc in causa fuit. Amru, filius AbdelAzizi, cui deus bene velit, mittebat Damascenum quendam 24) cum mandatis, vt Ejasum et al Casemum, filium Rabiah, Humitam 25) ad se arcesseret, et, vtrum eorum perspicaciorem (vel callidiorem) esset reperturus, ei Cadhii partes demandaret. Conuocabat Syrus ambos. Sed vterque defugiebat honorem. Ejas ad Syrum: Interroga, ait, de me et de al Casemo duos al Basrae fakihos, al Hasanum Basrensem, et filium Sirin. 26) Iam norat al Casem, futurum, vt, si Syrus de se illud par virorum percontaretur, illi Syro auctores fierent Casemi in illam prouinciam immittendi. Dicit itaque ad Syrum. Ne interroga. Nam per deum, praeter quem alius nullus est, Ejas mihi praestat meliusque tenet Cadhii functiones. Quod si ergo sum in viris fide dignis, oportet, te orationi meae fidem

fidem habere. Sin autem mendax sum, tibi haud licet, partes Cadhii mihi demandare, vtpote mendaci. Tum Ejas. Virum, inquit, constituisti in ora Gehennae. 27) Sed redemit se a Gehenna iuramento falso. Cuius veniam deum praepotentem rogemus, vt eum ex inferno eripiat. Si res ita se habet, inquit Syrus, tu idoneus es, quapropter ego tibi hoc munus delego. Sic constituit eum Cadhium. Verum Ejas, cum aliquandiu gessisset, rursus defugit. Paulo postquam honorem illum suscepisset, venit ad eum al Hasan Basrensis. Ad quem cum lacrymis Ejas: O Abu Saïd, 28) accepi, muneri Cadhii triplicem esse conditionem. Est, quem sua cupiditas transuersum agat. Hunc Orcus manet. Est rursus, qui, cum contendat partibus suis satisfacere, imprudentia aut inscitia labatur. Etiam huic parata sedes in Inferno. Vnus ille paradisum consequetur, qui contendens ad metam peruenit. Quem al Hasan his verbis est solatus. In eo quod Deus (id est al Coranus) in causa Dauidis pronuntiauit, est, quod horum hominum 29) orationem refutet. tum recitauit hunc versum. 30) *Intelligentia instruximus Salomonem. et ambobus* 31) *dedimus iudicium.* (seu intelligentiam veri et falsi, aequi et iniqui dignoscendi:) quibus verbis cum laudat Salomonem, tum non damnat Dauidem. 32) Narrat al Madayenensis. Fidei alicuius cum bursam aliquis numis aureis plenam commisisset, alio profectus diu in conspectum non venit. Extracta igitur re in longinquitatem, rupit ille, cuius fidei bursa commissa fuerat, eam, ablatisque numis aureis, eorum in locum argenteos subiecit. filum, quo bursa constricta erat, sigillumque intacta relinquens. Reuersus demum dominus numorum, sua repetit. Cui alter bursam cum offerret cum sigillo inuiolato, nolebat iste accipere, dicens: Hae sunt drachmae, mei autem numi erant denarii.

denarii. Atqui, ait alter, haec tua bursa est, et hoc sigillum tuum. Sed rapiebat 33) eum 34) ad Ibn Hobairah 35) qui ad Ejasum: Inquire, inquit, in caussam amborum. Ejas, ex quo tempore, inquit, deposuit penes te? Ex decennio abhinc retro, inquit. Ergo rumpite, inquit, sigillum. Rumpebant, et effundebant drachmas, et inueniebant numos intra quinquennium et sexennium cusos, plus, minus. 36) Tum Ejas: Confessus es, haec penes te fuisse a decennio, atqui in bursa sunt numi quinquennio non vetustiores. Tum fassus est, fuisse vtique numos aureos, quos restituere coactus est. Videbat aliquando Ejas hominem, quem nunquam antea viderat. Hic est, ait, peregrinus Wasethanus, magister grammaticus. cui seruus effugit. Et inueniebant rem sic se habere. Ibi interrogabatur Ejas hac de re. Respondebat. Videbam eum ambulantem in vicis 37) et fenestris, vnde intellexi eum esse peregrinum. Videbam porro super vestibus eius rubedinem glebae Wasethenae, vnde cognoui eum illinc esse. Vidi item, eum, cum praeter puerulos praeteriret, eos salutantem, viros autem insalutatos transmittentem. vnde mihi constitit eum ludimagistrum esse. vidi denique, eum, vbi praeter virum honestae formae cultusque mundioris praeteriret, ad eum nil attendere. vbi autem praeter seruum quempiam nigrum 38) pannis laceris obsitum, eum acriter intuebatur. Vnde certum mihi factum est, eum quaerere fugitiuum suum. Ol Hakem, filius Ejubi, praefectus tum vrbi (al Basrae) eum reperiebat et obiurgabat. Tu es, inquit, Charegita, (haereticus) hypocrita. Siste mihi vadem. 39) Tu ipse, inquit, Ejas, o Emir, vadimonium mei praestabis. Non enim noui quemquam, qui me cognitum et perspectum melius habeat, quam tu habes. Ego vero, inquit Emir, vnde te norim, cum ego Damascenus sim, tu sis Iracanus? Quorsum

fum ergo teftimonium ab hodie? 40) Spectabant aliquando homines nouam lunam menfis Rhamadhani. 41) Sed nemo videbat eam, praeter Anafum, filium Maleki. Paene centenarius is erat. Teftabatur ille penes Ejafum, lunam a fe confpectam effe. Monftra itaque nobis, ait Ejas, locum eius. Monftrabat. Sed nemo videbat. Tum Ejas acrius contemplans (fcil. Anafi vultum) et ecce pilus candidus ex altero ciliorum Anafi fefe incuruauerat et infinuauerat in eius oculum. Illum itaque deterfit Ejas et complanauit, eoque facto: O Abu Hamzah 42) inquit, monftra jam nobis locum lunae nouae. Sufpiciebat Anas, fed dicebat, nil iam video. Dicebatur aliquando Ejafo. In te funt vitia. Deformitas formae. tua tuarum ipfius orationum admiratio. et celeritas in pronuncianda fententia. Quod ad deformitatem attinet, inquit, nihil illa ad me. Quod ipfe meam facundiam admirer, eaque delecter: num illa vos minus delectat? Ajebant ea fe vtique delectari. Mihi ergo, inquit, ius eft multo antiquiffimum mihimet, cum difputo, placendi. De celeritate denique decidendi, ecquotnam funt hi. (Digiti puta, nam protendebat alterius manus digitos exfertos). Quinque funt, refpondebant. Atqui, ait, refponfum nimis properauiftis. Oportebat enim fingulos quosque digitos feorfim numerare. Qui numeremus, ajunt, id quod dudum nouimus. Sic ego quoque, inquit, in iudicando. 43) Veniebat aliquando Wafetham et dicebat, quo die veftram in vrbem veni, dignoui bonos veftrorum ciuium a malis. Sine vlla exploratione. Quid ita? inquiunt. Mecum funt, ait, boni, qui cum veftratium quibusdam familiaritatem contraxerunt. Pari modo funt in agmine meo mali, qui fe ad alios veftri numeri adiunxerunt. Sic conftitit mihi, qui bonis mei coetus confuefcerent, ipfos quoque bonos effe, et malos, qui malis. Solebat dicere, di-

dici الـزكـن seu sagacitatem et felicitatem coniectandi a matre mea, quae erat e Chorasana oriunda, tota eius gens pollebat hac facultate. Multa alia de Ejaso feruntur scita huius generis, in libro, cui titulus est زكـن ايـاس collecta. Obiit, (cuius deus misereatur) Anno 121. aetatis 96. Extremo suo anno aiebat: Vidi per insomnium, ac si ego et pater duobus equis insidentes cursu inter nos contenderemus. Sed neque ego illum praeuertebam, neque ille me. Pater eius etiam anno aetatis suae sexto post nonagesimum excesserat.

## ANIMADVERSIONES.

1) Memor loci, cui destinatum est hoc fragmentum, lectorumque, quorum vsibus consecrabitur, elegantiae in interpretando minus studiosus, orationis arabicae vestigia pressius legam. De quo in ipso limine versionis admonendum mihi esse duxi. Commentarium hunc latine reddere A. 1746. orsus, ab opere paene ad finem perfecto, destiti, neque facile fiet, ut stuperstes edam. In schedis meis olim reperient posteri hanc interpretationem; quam vbi dignam luce iudicatam prodiderint, meminisse illos velim, a me iuuene esse conscriptam, vtriusque linguae, et arabicae et latinae, parum callente. mihi retractare, et emendare, neque vacat, neque animus est. *)

2) Non

---

*) Confirmat igitur celeberr. REISKE (quod alii tamen mecum dolebunt,) hoc loco illud, quod in

2) Non a مازن Mazen, sed a مزينة *Mozeinah*.

3) ابو وائلة vt Ibn Doraid et Ibn Cotaibah exhibent, in arabicis tamen retinui, quod in codice Leidano, vitiosissime illo exarato, reperi, ابو وايلة *Abu Wayelah*.

 4) Grae-

---

in fine praefationis ad Resalet Ebn Saiduni de Commentario hoc scripsit: *Totum opus lectu iucundum est, et esset luce dignum; sed eius editionem ab his temporibus non exspecto.* Ex qua praefatione hic adiiciam, quae ibidem de Commentario Ebn Nobatah p. 5. his verbis monentur: „Eum (libellum arabicum scilic. Resalet Ebn Saiduni) edidi e codice Bibliothecae Leidanae olim Warneriano, estque n. 705. (v. Catal. Bibl. p. 473. n. 1577.) Habetur in eo codice, vna cum Soiutensis historia Ægypti (v. Eiusd. Catal. p. 482. init.) commentarius Ibn Nobatae in Ibn Zaiduni nostri Risalet, cuius magnam partem a me Latinam olim factam in schedis seruo. Est hic Ibn Nobatah vnus e non paucis commentatoribus, quos opella Zeidunidae nacta est; quorum nonnullos Catalogus Bibl. Leid. p. 473. edit. Vixit Ibn Nobatah al Cahirae in Ægypto, natus A. aerae Muhammedanae 686. (A. C. 1287.) decessit octogenario maior A. 768. (1366. aut 1367.) verum eius nomen edit Raudh ol Achjari, liber praestantissimus, cuius copiam e Regia Dresdensi bibliotheca superioribus his mensibus mihi humanissime fecit ill. RICHTERVS, hoc: Abu Becr Mohammed fil. Muhammedis, fil. Muhammedis fil. Alhasani, Ibn Nobatah. quod postremum gentis nomen est, aliis commune, quorum nonnullos habet Herbelot in Bibl. Orient. p. 674. vbi etiam postremo loco nostrum hunc attingit.„

4) Graeci hoc τομὸν appellant.

5) Arabica haec ſic ſine verſione a me repoſuni in latinis nemo miretur. Natura rei id poſtulat. et ſic mos eſt in Graecis quoque, cum grammatici locos Homeri aliorumque auctorum afferunt, ad demonſtrandam alicuius vocabuli ſignificationem. neque facile eſt, neque conuenit eos latinos factos dare, ſed iidem, qui ſunt, exhibendi ſunt. De quo hodie inter omnes conſtat.

6) Celeber poeta Arabicus, et ex quorundam ſententia poetarum Moslemicorum inter Arabes princeps.

7) Comparat poeta eum quem iſto carmine laudat cum pari virorum apud Arabes celeberrimorum, alterius de clementia, alterius de perſpicacia et ſubtilitate ingenii.

8) Eſt ambiguitas in vtroque vocabulo, tam in iſto شيخا *ſenem*, (poteſt enim virum clarum, honoribus et opibus praeſtantem, aliisque ornamentis inſignem ſignificare) et in hoc كبير *grandem*, in quo dubium eſſe poſſit vtrum ad annos aetatis an ad fortunas reſpiciatur.

9) aut vetuſtius, aut auctoritate valentius.

10) Videtur in iudiciis Muhammedanorum hoc moris eſſe, vt litigantes e iudicio diſceſſuri formulam ſuae fidei recitent.

11) Syrorum, qui Ommiadis ſtudebant, non pauci tamen infeſto in eos erant animo, imperium

nium eorum pro tyrannide habentes. vt principes huius gentis sedulo cauerent, ne Iracani, partibus Alidarum addicti, Damascum venirent, spargendisque seditiosis sermonibus Syrorum animos ab ipsis ad Alidas auerterent. Auctor itaque Abdal Malec suo Cadhio fit, vt Ejaso, homine Iracano, satisfaceret, lite secundum eum danda, eumque quam citissime absolutum domum remitteret, ne irritatus turbas sibi consciscerct.

12) h. e. incolas Paradisi non excernere reliquias alimentorum.

13) h. e. in succum et sanguinem. et manere in corpore, neque excerni.

14) Faeces, quae in nutritionem nostri corporis non cedunt, sed a natura expelluntur.

15) Latinius paulo sic dicas Mularius agaso qui camelum ei locarat, quo Maccam perueheretur, paucorum dierum moram rogabat, vt interea circumspiceret aliquem, eiusdem itineris futurum comitem, quem in alteras cunas imponeret. Constat enim inter omnes, binos camelis quibusque vectores imponi, singulos ex singulis lateribus, in corbibus seu cunis, vt alter alterius teneat aequipondium.

16) Vult dicere, cum paulo post inuentus esset eiusmodi quis vector, eiusdem cameli eum Ejaso futurus consors, eique ἀντίῤῥοπος.

 17) Sie

17) Sic appellant Muhammedani eum, cuius nomen ignorant.

18) Hic videtur deesse filius τοῦ δεῖνα.

19) Haec est oratio Gailani. Est enim dialogus.

20) Haec et insequentes sententiae ex Alcorano repertae sunt.

21) Arabes, gens superstitioni prae aliis dedita, quicquid agunt, antequam ordiuntur, auium voces et volatus consulunt, ex iisque ominantur.

22) Designat calamum illum fatalem, quo sortes vniuscuiusque hominis, antequam mundus conderetur, scriptae in tabula praeseruata, sic dicta, [illegible] a Muhammedanis v. alCorani Caput, quod *Calamus* inscriptum est.

23) Pauca quae hic legebantur vocabula Persica necesse habui omittere, linguae huius ignarus. Carebant praeterea in codice meo punctis diacriticis.

24) Scilicet in Iracam.

25) Suspectum hoc nomen tribus arabicae.

26) Cuius onirocriticum graece prostat.

27) Ad verbum: adduxisti virum, et constituisti eum in ora Gehennae. Vult dicere, Perinde est, ac si Casemum in ora gehennae constituisses.

28) Est praenomen alHasani. Et honestas morum Arabica sic fert, vt si quem alloquantur, eum, non suo nomine, sed praenomine appellent.

29) qui auctores tibi fuerunt tam stultae sententiae.

30) Surat XXI. 79.

31) tam Dauidi quam Salomoni.

32) quamquam Dauid minus sapientia et iudicio valebat, quam filius, et in disceptando aberrauerat.

33) is nempe qui res suas repetebat,

34) qui fidem violauerat, neque creditum reddiderat. Reddidi fideliter vt in arabicis inueni, quo nostratibus etiam de stylo historico arabum constaret, qui perobscurus et jejunus est. Nos si velimus more nostro hanc rem narrare, multo et copiosius et diligentius, et ad intelligendam caussam luculentius simus narraturi.

35) praefectus ille tum al Basrae erat, locum Chaliphae tenens.

36) Alios intra quadriennium, vel triennium, alios a septennio, vel octennio inde. juniores, aut et antiquiores illis numeris.

37. الاماكن proprie *locis.* designantur vrbis tractus maiores. vici, nos dicimus *Virtel*, seu *Quartier einer Stadt.*

38) Zingi enim tum temporis Arabibus Iracanis ita seruiebant, vt olim Thraces et Scythae Athenis, aut Phryges vel Syri Romae.

39) qui de integritate tuae religionis caueat.

40) reddidi ad verbum locum subobscurum. cuius haec esse videtur sententia. Si tu me, inquit Ejas, non nosti, quorsum illud, quod de me perhibes testimonium? qui pores testari, id quod facis, me esse haereticum et hypocritam? Post vocabulum العراق videtur deesse قار nisi plura desunt. Nam haec est Ejasi, non Emiri, oratio.

41) h. e. curiosis oculis coelum rimabantur, num conspecturi vsquam essent nouam lunam eam, quae mensem Rhamadhanum esset allatura, solennibus jeiuniis consecratum. Par Muhammedanorum est religio in obseruandis nouiluniis, atque Iudaeorum olim fuit.

42) Praenomen hoc est Anasi.

43) Vult dicere, nil mihi quoque pari modo necesse est, vt diuturna cogitatione et meditatione id agitem, et extundam, quod vsu dudum habeo protritum.

VI) SPE-

# SPECIMEN COLLOQVIORVM ARABICORVM IDIOMATIS VVLGARIS. 1)

## I.

أَلْمُقَابَلَةُ أَلْأُولِي بَيْنْ جَارَيْنْ ۞

يَا جَارِي أَللّٰهْ يُصَبِّحَكْ بِالْخَيْرْ

أَللّٰهْ يُصَبِّحَكْ بِالْخَيْرْ وَالْكَرَامَةْ ۞

فَطَرْتْ

لَا لِسَّا ۞

تُرِيدْ تَشْرَبْ لَكْ قَدَحْ نَبِيذْ

كَيفْ مَا رَأَيْتُمْ 2) ۞

*Colloquium primum inter duos vicinos.*

Mi vicine! Deus faciat vt tibi ſit tempus matutinum proſperum!

Deus efficiat tibi tempus matutinum proſperum et pretioſum!

Num ientaſti?

Nondum.

Visne bibere poculum vini?

Sicut placebit vobis.

اهلا (3 سيدي، تفضّل اقعد، تريد تشرب
بوزة او خمر

نشرب بوزة وخمر ☼

بسم الله، طالع لنا سعرق نبيذ
وشوية بوزة ☼

محبّة قلبك (في سرّك)

هنيّا (صحّة وعافية) ☼

في سرّ أهل البيت

الله يزيد عمركم سيدي ويستر
أهل بيتكم ☼

Bene veneris, mi domine! fedeas quaeso! num vis bibere cereuifiam, aut vinum?
Bibamus cereuifiam et vinum.
Fiat! Praebe nobis lagenam vini et portionem cereuifiae!
Profit tibi! (in falutem tuam!)
Profit! (in falutem et incolumitatem!)
In falutem domefticorum!
Deus adaugeat aetatem tuam, mi domine! et protegat domefticos tuos!

تُرِيدْ تَأْكُلِ(4 شِي

ايسْ عِنْدَكُمْ طَيِّبْ ✲

عِنْدَنَا لَحمْ بَقَرْ مُمَلَّحْ

أَنَا قَوِّي نُحِبَّهْ ✲

ايسْ عِنْدَكُمْ هُوَنْ

هَذَا جَانَا هَدِيَّةْ ✲

مَن بَعَثْ لَكْ ايَّاه؟

سِي فُلَانْ ✲

Visne edere aliquid?
Quidnam boni apud te eſt?
Eſt nobis caro bouilla ſale condita.
Ego vehementer amo illam.
Quaenam eſt res illa leuis apud vos?
Illa ſuperuenit nobis tanquam munus.
Quisnam miſit tibi illud?
Dominus N.

شَيّ

ي قَوِّي مَلِيح

ي خِدْمَتْكُمْ ، (فِي ٱلْخِدْمَة)

لّه يُكَثِّرْ خَيْرَكُمْ سِيدِي ❋

يش بِكْ مَا بِتَّاكُلْ ؟

أَنَا بَاكُلْ قَوِّي مَلِيح ❋

أنْتَ أخْدُمْ نَفْسَكْ (خُذْ مِنْ أَيْنَمَا بِتْرِيد

أنْتَ أخْدُمْ رُوحَكْ وأَنْتَ أخْدُمْ ذَاتَكْ ؟)

لا تَخَافْ أَنَا مَا بِنْسَى نَفْسِي (لَا تَخَاف

أنَا مَا بِنْسَى رُوحِي مَا أَحَدْ بِنْسَى نَفْسَه

Res admodum elegans est.
In ministerium vestrum *est*. (In ministerium.)
Deus multiplicet opes vestras, mi domine!
Quidnam tibi *est*? non edis.
Ego edo admodum bene.
Inseruias tu tibimet ipsi. (sume de quocunque vis. Inseruias tu tibimet ipsi, : | )
Ne metuas, ego non obliuiscar mei. (item.)

خذ

خُذْ تَكَانَ مِنْ أَيْنِ تُرِيدْ !

مَا أَقْدِرْ أَتْثَقَّلْ (8 فِي ٱلْفَطُورْ لِأَنِّي لَمَّا بَاْكُلْ

عَلَي بُكْرَةْ مَا بَقْدِرْ (و بَتَغَدَّي (10 أَلظُّهر

بِتْرُوحْ قَابِلِيَّتِي طُولْ أَلنَّهَارْ ✿

تُرِيدْ تَتَغَدَّي مَعَنَا

لَا سِيدِي مَا بَقْدِرْ (و عَلَيَّ شُغلْ ✿

مَا فِي ضَرَرْ (أَيْش بِيُسَايِلْ، مَا فِي بَاسْ)

بِتَقْضِي أَشْغَالَكْ غَيْرْ طَرِيقْ

بِحَيَاتَكْ أَعْذِرْنِي ✿

Sume 'quaeso, de quocunque vis.
Non possum grauari ientaculo, siquidem quando edo tempore matutino non possum prandere in meridie, sed abiit appetitus meus in totum diem.
Num vis prandere nobiscum?
Non, mi domine! non possum. mihi incumbit negotium.
Quidnam damni erit? (quid requiretur? quidnam mali erit?) perficies negotium tuum alia ratione.
Excuses me quaeso!

أَيْضًا

أَيْمَتَا مَا جِيتْ مَرْحَبًا بِكْ

هَذَا مَعْلُومْ عِنْدَنَا سِيدِي أَللَّهْ تَعَالَي

يُدِيمْكُمْ ✿

لَكَانْ بِخَاطِرَكْ تْرُوحْ (أَنْتْ رَايِحْ)

أُوَدَعْنَاكُمْ سِيدِي ✿

غَدًا إِنْ شَا أَللَّهْ نَرْجِعْ نْزُورْكُمْ بِتَحُلّ

أَلْبَرَكَةْ فِيكْ

بِتَعْمَلْ مَعِي فَضْلْ عَظِيمْ ✿

Quocunque tempore veneris, felix ſit tibi adventus!

Hoc notum eſt nobis mi Domine! Deus ſupremus tranquillos vos eſſe iubeat.

Num eſt tibi animus abeundi? (tune abibis.)

Commendamus Deo vos, mi domine!

Cras, ſi voluerit Deus, iterum viſitabimus vos; deſcendat benedictio ſuper te!

Exhibebis mihi beneficium magnum.

## II.

ٱلْمُعَامَلَةُ ٱلثَّانِيَةُ بَيْنَ صَاحِبَيْنِ (11 ✿

فِي أَيْنْ كُنْتْ أَمْسْ، (أَلْبَارِحْ، أَلْبَارِحَةْ)

كُنْتْ فِي ٱلْقَهْوَةْ . . ✿

مَنْ كَانْ هُنَاكْ مِنْ أَصْحَابِنَا

كَانْ فُلَانْ وَفُلَانْ . . ✿

يِتْرُوحْ أَلْيَوْمْ هُنَاكْ أَيْضًا

لَا أَلْيَوْمْ مَا بَرُوحْ وَلَا غَدًا لَكِنْ بَعْدْ

غَدًا إِنْ شَاءَ ٱللَّهْ ✿

*Colloquium secundum inter duos amicos.*

Vbinam fuiſti heri? (heri.)
Fui in thermopolio - -
Quisnam fuit ibi de amicis noſtris?
Adfuit, dominus N. N - -
Num abibis hodie quoque?
Non. hodie non abibo, neque cras, ſed perendie, ſi voluerit Deus.

بِخَاطِرِي أَرُوحْ مَعَكْ

وَهَيكْ يَكُونْ بِتُشَرِّفْنَا : نَحنْ نُتَشَرَّفْ
بِرُفْقَتْكُمْ ✿

بِتَمْسِكْ كَلَامَكْ

يُعْنِي عُمْرَكْ وَجَدْتَنِي أَنْقُضْ كَلَامِي أَنَا
رَجُلْ صَاحِبْ كِلِمْتِي وَلَا بِرَبْوَةْ مَالْ أُرِيدْ
أَنْ أَزِلّ فِي قَوْلِي أَنَا أَعْطِيتُكْ قَولْ
عَلَي هَذَا ✿

فِي أَينْ كُنْتَ أَلْيَومْ عَلَي بُكْرَةْ
كُنْتْ فِي أَلْمَدِينَةْ ✿

Desidero abire tecum.
Fiat ita! nobilitabis me. Nos nobilitabimur consortio vestro.
Praestabisne verbum tuum?
*Quid* obuenit? *num* per aetatem tuam inuenisti me violantem verbum meum? Ego sum vir seruans verbum meum; nec per multa millia diuitiarum volo caespitare in sermone meo. Ego promitto tibi hoc.
Vbinam fuisti hodie circa tempus matutinum?
Fui in vrbe.

مَا تَقُولْ فِي ٱلْمَحْكَمَةْ

هَذِهْ قَصْرْ عَظِيمْ ✿

إِلَى أَيْنْ بِتْرُوحْ غَدًا

بَرُوحْ بَرَّاةْ ٱلْبَلَدْ ✿

أَيْمَتَا بِتْعَاوِدْ

غَدًا بِمَسَاء ✿

لَكْ شَيْ قَرَايِبْ هُنَاكْ

لِي أَخْ هُنَاكْ ✿

Quid dicis de loco iudicii?
Ille eſt palatium magnum.
Quorſum abibis cras?
Abibo extra prouinciam.
Quando redibis?
Cras circa veſperam.
Num tibi ſunt propinqui ibi?
Mihi eſt frater ibi.

هُو سَاكِنْ هُنَاكْ

نِعَمْ سِيدِي *

أَنْتْ بِكْرَهْ وَالَّا هُو بِكْرَكْ (أَيْنَا هُو مِنْكُمْ ٱلْبِكْر)

لَا أَنَا ٱلصَّغِيرْ *

رُحتْ شَيْ إِلَي بَلَدْ ٱلْفَلَمَنْكْ

لَا عُمْرِي مَا رُحتْ إِلَي هُنَاكْ *

إِلَي أَيْنْ رَايِحْ هَلْ ٱلْوَقْتْ

رَايِحْ إِلَي ٱلْبَيْتْ، (رَاجِعْ إِلَي ٱلْبَيْتْ) *

*Num* is habitat ibi?
Sic, mi domine!
Tune es prior illo, an vero ille prior te eſt? (Quisnam eſt ex vobis primus?)
Non ego ſum paruus.
Num abiiſti parum ad terram Belgorum?
Non. Per aetatem meam non abii illuc.
Ad quemnam abis hoc tempore?
Abeo in domum. (Reuertor ad domum).

III.

III.

ألْمُقَالَةُ ٱلثَّالِثَةُ بَيْنَ رَجُلَيْنِ غُرَبَآء

أَنْتْ هُونْ سِيدِي

مَانَكْ نَاظِرْنِي أَنَا دَايِمًا تَحْتْ أَمْرِكُمْ *

أَيْمَتَا وَصَلْتْ

أَمْسْ ٱلْمَسَآء *

فِي أَيْنْ نَازِلْ

فِي فُلَانْ خَانْ *

أَيْمَتَا طَلَعْتْ مِنْ إِسْطَنْبُولْ

ٱلْجُمْعَةْ ٱلْمَاضِيَةْ *

*Colloquium tertium inter duos viros peregrinos.*

Tune es hic, mi domine!
Nonne vides me? Ego ſemper ſum ad mandatum veſtrum.
Quando aduenisti?
Heri circa veſperam.
Vbinam diuerſatus es?
In diuerſorio N.
Quando abiiſti a Conſtantinopoli?
Hebdomade praeterita.

كَيْفْ حَالْ جَمِيعْ أَصْحَابِنَا هُنَاكْ

كَانُوا طَيِّبِينْ لَمَّا سَافَرْتْ *

فِي أَيْنْ كَانَ ٱلسُّلْطَانْ

كَانْ فِي أَدْرَنَةْ *

أَلْوَزِيرْ عَاوَدْ إِلَى ٱلسَّرَايَا

لَهْ زَمَانْ طَوِيلْ عَاوَدْ *

بِتَنْضَلّ (12 هَاهُنَا زَمَانْ طَوِيلْ

بَضِلّ هَاهُنَا شَهْرْ زَمَانْ : وَأَنَا أَيْضًا مَا

بْطَوِّلْ هَاهُنَا *

Quomodo eſt ſtatus totius ſocietatis noſtrae hic?
Fuerunt boni, quum iter ſuſciperem.
Vbinam erat Imperator?
Fuit Adrianopoli.
Num Vezirus reuerſus eſt ad aulam?
Iamdiu ille reuerſus eſt.
Num permanebis hic diu?
Permanebo hic menſtruo ſpatio. Egoque etiam non prorogabo moram hic.

سِرْ بِنَا نَتَفَرَّجْ عَلَي ٱلسَّرَايَا وَنَنْظُرْ
سِمَاطْ (سُفْرَةْ) ٱلسُّلْطَانْ

أَيْ بِحَيَاتِكْ أَنَا جِيتْ مِنْ شَانْ
(لِأَجْلْ) هَذَا الشَّي *

أَلدُّنْيَا ضَحْوَةْ ؟ (أَيْشْ وَقْتْ أَلدُّنْيَا
مَا بَقَي غَيرْ سَاعَةْ لِلظُّهرْ، (سَاعَةْ قَبْلْ أَلظُّهرْ) *
عَلَي أَيْنَا سَاعَةْ يَتَغَدَّي أَلسُّلْطَانْ .
سَاعَةْ بَعدْ نَصفْ أَلنَّهَارْ ، (نَصفْ نَصّ) *
بُدَّنَا نَسْتَعْجِلْ لَكَانْ، (رُوحْ بِنَا فيسع
لَكَانْ)

وَهَيكْ يَكُونْ *

I nobiscum, oblectemur aula, et aſpiciamus menſam Imperatoris.
Ah quaeſo! ego veni huius rei cauſa.
Num in mundo eſt tempus diei prouectius? (quaenam eſt hora mundi?)
Non niſi hora ad meridiem ſuperſtes eſt. (hora ante meridiem eſt.)
Quanam hora prandet Imperator?
Hora poſt dimidium diei. (dimidio complementi).
Properemus itaque. (Abi nobiscum illuc ſtatim.)
Ita fiat!

IV.

المقالة الرابعة (13

صباح الخير سيدي

مية صباح اهلا وسهلا حلّت علينا الف
بركة

كيف حالكم كيف كيفكم

طيّبين لله الحمد بالف خير داعيين
لحياتكم

كيف حال فلان

طيّب مريض

سلام عليكم

عليكم سلام ورحمة الله

الله يحفظكم

## *Colloquium quartum.*

Bonum mane, Domine,
Centies ſalue, bene veneris, deſcenderunt ſuper nos mille benedictiones (tuo aduentu)
Qualis eſt ſtatus veſter, quomodo eſt quomodo veſtrum?
Boni, Deo ſit laus, mille bona apprecantes vitae veſtrae.
Qualis eſt ſtatus τοῦ δεῖνα?
Sanus, aegrotus.
Pax ſuper vobis. (valete)
Super vobis pax et miſericordia Dei!
Deus vos cuſtodiat!

مية سلام سيدي
كونوا في امان الله
وانتم ايضا

V.

المقالة الخامسة

من اين انتم سيدي
عبدكم من بلاد الغرب
ايمتا وصلتم
الجمعة الماضية
في اين نازلين
في فلان خان
بتتضلّوا هاهنا زمان طويل
بضلّ (بطوّل) شهر زمان

Centum salutes Domine!
Estote in protectione Dei!
Et vos etiam.

*Colloquium quintum.*

Vnde estis Domine mi?
Seruus vester ex Arabia est.
Quando aduenistis?
Septimana praeterita.
Vbi diuertistis?
In aliquo diuersorio.
Num commorabimini hic diu?
Commorabor per mensem.

لماذا وصلتم

باريد انظر بلدان المسيحيين

الي اين رايحين هل وقت

الي البيت

غدا ان شاء الله ازوركم

بتعملوا معي فضل عظيم *

## VI.

### المقالة السادسة

ايش بتريد

سيدي فلان في البيت

نعم سيدي

قام من الفرش

Cur aduenistis?
Volo videre regiones Christianorum.
Quo vaditis nunc?
Domum.
Cras Deo volente visitabo vos,
Facietis mihi magnam gratiam.

### *Colloquium sextum.*

Quid desideras?
Num Dominus N. domi est?
Ita domine mi.
An surrexit ex lecto?

لا

له ساعة فايم
عليه شي شغل
اي ظنّي
من هو عنده
عنده ناس
يمكني ان اتكلم معه
بعد شويّة
ما تريد منّي
جيت لازوركم
تفضل اقعد
سيدي فلان يسلّم عليكم
كيف حاله

Eſt ei hora ſurgenti.
An ſuper eo aliquid negotii ?
Ita, mea opinione.
Quis apud eum eſt?
Sunt apud eum homines.
Num poſſum loqui cum eo?
Poſt breue tempus.
Quid a me flagitas?
Veni vt viſitarem Vos.
Sedeas quaeſo,
Dominus N. ſalûtat Vos.
Quomodo eſt ſtatus eius?

طيّب لله الحمد
سلّموا لنا عليه كثير
انت تتكلّم مليح بالعربي
بفهم اللّسان لكن ما بعرف بتكلّم
ايش بتقول في بلادنا
بلادكم احسن بلدان العالم

Bonus, Deo ſit laus.
Salutate nobis eum mnltoties.
Bene loqueris Arabice,
Intelligo linguam ſed loqui nequeo.
Quid dicis de regione noſtra?
Regio veſtra eſt optima regionum mundi.

## ADNOTATIONES.

1) Eiusmodi colloquiorum idiomatis vulgaris tres particulas edidit I. H. CALLENBERG, ex quarum ſecunda et tertia tria noſtra colloquia priora deſumta ſunt. Particula prima quatuor continens colloquia prodiit tantum arabice ſub titulo: colloquia arabica idiomatis vulgaris, ſub ductu B. Sal. Negri Damaſceni olim compoſuit, iamque in vſum ſcholae ſuae vulgauit IO. HENR. CALLENBERG Phil. Prof. publ. Halae 1729. Particula ſecunda quinque continet colloquia arabice et germanice, itemque particula tertia, quae prodierunt ſub titulo: *Colloquia arabica idiomatis vulgaris*

aris Particula II. (Particula III.) *sub ductu B. Sal. Negri Damasceni olim composuit iamque in usum scholae suae vulgauit D. Io. Henr. Callenberg. Halae in Typographia instituti Iudaici* 1740. in 8.

De dialecto hac vulgari autem sequentes inprimis praemittendae sunt obseruationes:

a) Dialectus Arabum vulgaris, prout monet IOH. CHRIST. CLODIVS in sua Grammat. arab. p. 29. tantum differt ab erudita, quantum Isocratis dictio ab hodierna lingua graeca: Illa لسان العام *lingua popularis*, haec لسان النحوي *lingua grammaticalis*, vocatur. Illa pro diuersitate regionum variat, ac Ægyptiaca *mascula*, Halebensis *effeminata*, Damascena *elegans* appellatur.

b) Litterarum character idem est cum erudito illo, qui vocatur *Nischi*, quem *Ebn Moklah* et *Ebn Bowàh* ex Kufico veteri adornarunt, vide supra p. 5. et 7. sed in pronunciatione litterae ت د ذ et ط ض, item ظ ض ز س confundi solent, nec exacta vocalium pronunciatio vbiuis obseruatur.

c) Terminatio ة instar Ebraeorum ה quiescentis pronunciatur, v. g. سُورَةْ *surah* pro سُورَةٌ *suraton*, بَرَكَةْ *Baracah* pro بَرَكَةٌ *Baracaton*, vel vt simplex *t*, v. g. رِسَالَةْ *Resalet* pro رِسَالَةٌ *Resalathon*.

d) In

d) In aliis terminationibus vocales vltim rum syllabarum omittuntur, v. g. 1) in verbi كانّ pro كَانَ *fuit*, كنتّ pr كنتَ *fuisti* et كنتُ *fui*, تشرب pr تَشْرَبُ *bibes*. 2) in nominibus, إبن pr إبْنٌ *filius*. إلة pro إلَةٌ *Deus* et إلَهِ *Dei*, it. ألله pro أللّهُ et أللّهِ. 3) in particulis, بين pro بَيْنَ *inter*. بعد pro بَعْدُ *post*. 4) in suffixis, فيك pro فِيكَ *in te*. معك *tecum* معه *cum illo*, عنده *apud illum*, pro مَعَكَ, مَعَهُ et عِنْدَهُ.

Sin autem in fine vocis vna litterarum quiescentium adsit, vocalis vltimae syllabae manet. v. g. عندها *apud illam*, معها *cum illa*. معنا *nobiscum* سيدي *dominus meus*. Et quando vltimam syllabam gjesmandam sequitur *Elif vnionis*, sub vltima littera adparet *kesre* loco *Gjesma* v. g. بسمِ الله in nomine dei, non بسمْ.

e) Si-

e) Sicut canones litterarum اوي §. 17. sqq. fere negliguntur; ita etiam litterae و et ي post vocalem heterogeneam diphtongescentes vt quiescentes pronunciantur. v. g. pro حَلَا *dulcis fuit*, scribitur et pronunciatur حَلَى, et كَبَلُوا pro كَانُوا *mensi sunt*. it. تَوْلِيدٌ pronunciatur *Talid* pro *Taulidon*.

*f*) Enallage non solum *generis*, vbi pro feminino ponitur masculinum, maxime in affixis; sed etiam *numeri*, vbi prima et secunda persona pluralis pro singulari, et *coniugationum*, vbi secunda coniugatio pro quarta adhibetur, itemque *personarum* et *temporis*, frequens est. Exempla vide p. 539. 542. 544. 547. 550. 551.

g) Sicut per بِ, vel rarius بُ, tertiae personae praeteriti praemissum exprimitur Futurum; ita illud ب Futuris saepe praemittitur pleonastice, prout ל apud Chaldaeos. Exempla vide p. 540. 541. 542. 543. 545. 548. 551.

h) Non assumuntur solum noua quaedam vocabula v. g. أَيْشْ *quid?* pro مَا, سي et سِيدْ pro سَايِدْ et سَيِّدْ *dominus* vide p. 539. 541. sed antiquis etiam noua imponitur significatio v. g. مسئلة *interrogatio* pro شي *res*. etc.

i) Ver-

2) Verbum رَأَي, vnde vocabulum hoc des-cendit, non significat solum *vidit*, *nouit*, sed etiam *visus ipsi fuit*, *putauit esse*, et particul[a] praecedens كبيق pro كيف *quomodo* ante pronomen مَا praepositionem exprim[it] h. m. *secundum illud quod visum est vobis* se[u] *quod putatis.* Vnde versio nostra diiudicand[a] est. Exprimitur vero haec formula *quod place-bit vobis*, arabice etiam أَلَّذِي يُعْجِبْ خَاطِرَكْ *quod admirabitur existimatio tua*, seu *quod placebit menti tuae*, et مهما ترسمو *quicquid praescribitis.*

3) Particula haec أَهْلًا descendit a radice أَهِلَ *familiaris fuit*, *consueuit*, et constituit *ad-verbium bene precandi*, quo velut familia, habi-tatio, consortium, dignitas, amicitia et prospe-ritas, optantur. Adhibetur vero in formula salutandi et gratulandi *bene veneris*, vel simpli-citer haec particula أَهْلًا, vel cum verbo prae-posito أَتَيْتَ أَهْلًا, vel cum alio aduerbio مَرْحَبًا وَأَهْلًا siue سَهْلًا conf. *Castelli*

Lexi-

Lexicon heptagl. ſub اهل et سهل, et رحب.
it. *Golii* Lexic. Arab. p. 179. et p. 958.

4) Hanc lectionem CALLENBERGII non intelligo; ſed ex mea quidem ſententia vox haec legenda eſt vel تَأْكُلْ pro تَأْكُلُ *edes*, tanquam 2. perſona ſingul. maſcul. Futuri Coniug. I. vel تُؤَكِّلْ pro تُؤَكِّلُ tanquam 2. perſ. ſing. maſc. Futuri Coniug. II. a rad. أَكَلَ *edit*, quae deinceps per Infinitiuum recte vertitur *edere* §. 79. I.

5) Haec vox iterum legenda eſt بِتَأْكُلْ tanquam 2 perſ. ſing. maſc. Futuri Coni. I. a rad. أَكَلَ, cum praefixo pleonaſtico ب vid. ad not. 1. g. p. 557. Et in linea ſequenti legas velim بَآكُلْ tanquam 1. perſ. ſing. Futuri Conj. I. cum praefixo pleonaſt. ب.

6) Sicut in praecedentibus نَفْس et رُوح pronomen reciprocum exprimunt, ita hoc quoque vocabulum ذَات *anima*, *res ipſa*, eodem modo, vertendum eſt §. 68.

7) Vocabulum بَنْسَى *obliuiſcar* ter hoc loco occurrens, eſt a rad نَسَا vel نَسِيَ *obli-*

*tus*,

*tus eſt* 1. perſ. ſingul. Futuri Coniug. 1. أنسي §. 48. I, 2. et obſ. 2. Vnde, praemiſſo praefixo pleonaſtico ب, noſtrum oritur vocabulum. Praeformatiuum ا enim, ſicut Elif characteriſticum verborum §. 14. III, 2. poſt praefixum ب accipit Wesla, ideoque tanquam littera inſenſibilis deinceps abiicitur.

8) Vocabulum hoc ſignificat *aggrauabor*, et deducendum eſt a rad. ثقل *grauis fuit onere et moleſtia, grauitatem explorauit*, tanquam 1 perſ. ſingul. Futuri Coniugat. VII. quae recte vertitur in Infinitiuo *aggrauari* §. 79. I. collat. §. 72. III. Legendum nimirum eſt أثّقل pro أنثقل §. 44, 1. Si quis vero Coniugationem VIII. eligere malit, aſſumere debet, quod forma inuſitatior أثقل pro vſitatiori أثّقل, quae eſt pro أثتقل (§. 41. III. obſ. 4. β), fuerit ſubſtituta.

9) Vocabulum hoc idem eſt ac mox praecedens أقدر *potero*, vnde noſtrum praemiſſo ب pleonaſtico oritur. vid. adnot. praec. 7.

10) Hoc

10) Hoc vocabulum significat *prandebo*, et descendit a rad. غدا vel غدي *pransus est* tanquam 1. pers. singul. Futuri Coniug V. أتغدّي §. 48. I, 2. et obs. 2. quae recte vertitur per Infinitiuum *prandere* §. 79. I. Et quando ب pleonasticum praefigitur, nostrum oritur vocabulum. vid. adnot. 7.

11) Sicut colloquium praecedens est apud CALLENBERGIVM VII. ita hoc nostrum secundum ibi est VIII. et nostrum tertium ibi X. quae vberiori illustratione non egebunt, sed adnotationibus nostris praecedentibus perspectis facile intelligi poterunt.

12) Vocabulum hoc est a rad. ضلّ pro ضلل *latuit*, *abditus fuit*, secunda persona sing. mascul. Futuri Coniug. I. تضلّ siue تضلّ pro تضلل §. 45, 2. cum praefixo ب pleonastico. vid. adnot. 1. g. Et in linea sequenti بضلّ *permanebo* est a rad. ضلّ pro ضلل 1. pers. singul. Futuri Coniug. I. أضلّ siue أضلّ pro أضلل §. 45, 2. praemisso iterum ب pleonastico. vid. adnot. 7.

» 13) Tria colloquia sequentia, non punctata inueniuntur in CLODII Grammat. Arabica p. 30. sqq. eademque cum versione latina ibi plura plane immutata adposui; sed de vltimo colloquio haec tantum obseruare volo, quod paucis exceptis idem plane sit cum colloquio sexto CALLENBERGII, ex quo vitia quaedam typographica apud CLODIVM occurrentia emendaui. Cumque Clodius ipse asserat: *Ipse breues dialogos hic addam, quorum plures ex eruditi Arabis ore hausi;* exinde concludere licet, quod ille communem cum CALLENBERGIO praeceptorem habuerit supra laudatum SALOMONEM NEGRI. Exempla varia dialecti vulgaris adfert *Ludolf* in Gram. Aethiop. p. 183. et in Comment. histor. aethiop. p. 563. Plura inueniuntur in Rudimentis P. *Dominici Germani de Silesia*, auctoris Fabricae linguae Arabicae, Romae 1639. editis; et in Rudimentis linguae Arabicae iuxta vernaculi idiomatis vsum, quae *Fr. Hyacinthus de S. Flamma* Floribus suis linguae arabicae addidit p. 321 - 344, vbi quaedam tamen de idiomate vulgari regulae sine causa sunt multiplicatae.

# INDEX PRIMVS
## ORDINEM RERVM
## IN GRAMMATICA PERTRACTARVM
## SISTENS.

### CAPVT I.

*De lectione* agit.

I) De litteris §. 1-5. quae considerantur

1) *ratione indolis suae generalis* §. 1. vbi notatur earum figura, nomen, potestas p. 1-5. et valor in numerando p. 6. 7.

2) *ratione organi* §. 2. vbi diuiduntur in gutturales, palatinas, linguales, dentales, et labiales p. 8. ex quibus tertia et quarta species *solares*, reliquae *lunares* cognominari solent p. 9.

3) *ratione soni* §. 3. vbi in *debiles* siue quiescibiles, et *robustas* siue mobiles, diuiduntur p. 11. et quae *vocales* prioribus sint *homogeneae*, indicantur p. 12.

4) *ratione varietatis* §. 4. vbi *variabiles ratione figurae* nominantur finales, dilatabiles, flexiles, et cohaerentes p. 12. sqq. et *variabiles ratione soni* adducuntur p. 16.

5) *ratione originis* §. 5. vbi in *radicales* et *seruiles* dispescuntur p. 17.

II) de punctis vocalibus et diacriticis §. 6 - 14. vbi agitur,

1) de veris vocalibus §. 6. 7. ita vt ipsae vocales adducantur §. 6. et de productione et Nunnatione earum agatur §. 7.

2) de diphtongis §. 8.

3) de *Gjesma* absentiae vocalis signo. §. 9.

4) de signis aliis diacriticis, quae non solum indicantur §. 10. sed speciatim quoque pertractantur α) *Tesdid* §. 11. β.) *Hamsa* §. 12. γ.) *Medda* §. 13. δ.) *Wesla* §. 14.

III) De

## Capvt II.

*De permutatione litterarum اوي et vocalium*, vbi

## Capvt III.

### *De Nomine*, vbi

I) momenta in nomine obſeruanda generatim indicantur §. 28.

II) eadem ſpeciatim pertractantur §. 29 - 35. ſcilicet

1) *formae* cuius reſpectu nomen in *nudum* et *auctum* diuiditur §. 29.

2) *figura* et *ſpecies* §. 30. vbi

*α*) ratione figurae nomen vel *ſimplex* eſt, vel *compoſitum*. §. 30. I.

*β*) ratione ſpeciei nomen in *verbale* et *nominale* diſpeſcitur §. 30. II. et

a) ad verbale praeter adiectiua pleraque referuntur *ſubſtantiua ſignificantia actorem* p. 60. *actionem*, quorſum nomen *vicis* et *ſpecificationis* pertinet, p. 61. ſeq. *locum* et *tempus actionis* p. 63. *inſtrumentum actionis* p. 65.

b) ad

6) *status* §. 34. qui sicut apud Ebraeos v
*absolutus* vel *constructus* est.

7) *comparatio* et *nunnatio* §. 35. vbi comp
ratiui atque superlatiui formatio ostenditu
§. 35. I. et casus, in quibus Nunnatio
omittitur, indicantur §. 35. II.

## CAPVT IV.

*De pronomine*, vbi

I) pronomina separata indicantur, et quidem

1) *separata integra* §. 36. quorsum *persona*
*lia*, *demonstratiua* tam *propinqui* quam *re*
*moti*, et *relatiua* pertinent.

2) *separata defectiua* §. 37. quae sunt *interro*
*gatiua* et *personae* et *rei*.

II) pronomina connexa adducuntur, et quide

1) *praefixa* §. 38. atque

2) *suffixa* §. 39.

## CAPVT V.

*De verbo perfecto*, vbi agitur

I) de iis, quae circa verbum generatim notanda sunt §. 40. ideoque

1) diuisio verborum suppeditatur.

2) genus, numerus, personae, tempora, et coniugationes, indicantur.

II) de formatione coniugationum et temporum ibi obuiorum §. 41. ideoque

1) formatio coniugationum ostenditur §. 41. I.

2) formatio futuri, imperatiui, participii, et infinitiui, ex praeterito docetur §. 41. II.

3) peculiares obseruationes circa istam formationem notandae adduntur §. 41. III.

III) de modo flectendi tempora per personas, genus et numerum, §. 42.

1) ratione praeteriti §. 42. I.

2) ratione futuri §. 42. II.

## CAPVT VI.

### *De verbo Imperfecto*, vbi



5) Ver-

CAPVT VII.

*De particulis*, vbi indicatur



CAPVT VIII.

*De figuris etymolog.* quae



β) in

## Capvt IX.

### *De Syntaxi*, vbi

# INDEX SECVNDVS

## RES IN CHRESTOMATHIA OBVIAS SISTENS.

12) Fa-

VI) Spe-

---

IENAE

EX TYPOGRAPHIA FICKELSCHERRI

MDCCLXX.

3 2044 018 171